lorū misericordiā nō oportere, & quū auget pclī atrocitatē. Defenso Accusatori  
ris pprius loc⁹ est, quū misericordiā captat, & quū accusatorē ca- pro  
lūniari criminat. Communes loci sunt: cū accusatoris, tū defensoris,  
o a testib⁹, cōtra testes: a q̄stionib⁹, cōtra quæſtiones: ab argumen-  
tis, contra argumenta: a rumorib⁹, contra rumores.

A testib⁹ dicemus secundum auctoritatem, & vitam testimoniū; A testib⁹,  
& constantiam testimoniorum.

Contra testes, vītē turpitudinē, testimoniorū incōstātiā, si aut Contra te-  
fieri nō potuisse dicemus, aut nō factū esse qd dīcat, aut scire illos tes.  
35 non potuisse, aut cupide dicere, & argumentari. Hæc & ad impro-  
bationem, & approbationem testimoniū pertinebunt.

**A quæstionib⁹** A quæstionib⁹ dicemus, quum demonstrabimus maiores veri inueniendi causa, tormentis & cruciatu voluisse quæri, & summo dolore homines cogi, ut quicquid sciant, dicant. Et præterea confirmatior hæc erit disputatio, si que dicta erunt argumentando, ijsdem viis quibus omnis cōiectura tractatur, trahemus ad verisimilem suspicionē, idemq; hoc in testimoniiis facere oportebit.

**Contra questio-** Contra quæstiones hoc modo dicemus. Primum maiores volu-  
luisse certis in rebus interponi quæstiones, quum quæ vere dicere  
tur t̄sciri, quæ falso in quæstione pronunciarentur, refelli possent,  
hoc modo. Quo in loco quid positum sit, & si quid esset simile qđ  
videri, aut aliquo signo simili percipi posset: deinde dolori credi  
non oportere, qđ alius alio sit recentior in dolore, qđ ingeniōsior ad  
commīniscendum, qđ deniq; s̄ape scire, aut suspicari possit, quid qđ  
fitor velit audire, quod quum dixerit, intelligat sibi finem doloris  
futurum. Hæc disputatio comprobabitur, si refellemus quæ in quæ-  
stionib⁹ erunt dicta probabili argumentatione, idq; partibus cō-  
iecturæ quas ante exposuimus, facere oportebit.

**Ab argum.** Ab argumentis, & signis, & cæteris locis, quibus augetur suspi-  
tio, dicere hoc modo conuenit. Quum multa concurrent argu-  
menta, & signa quæ inter se consentiant, rem perspicuam non su-  
spiciosem videri oportere. Item plus oportere signis & argumen-  
tis credi qđ testibus. Hæc enim eo modo exponi, quo modo re vera  
sint gesta: testes eorum corrumpi posse, vel precio, vel gratia, vel  
metu, vel similitate.

**Contra ar-  
gumen.** Contra argumenta & signa, & cæteras suspiciones dicem⁹ hoc  
modo: si demonstrabimus nullam rem esse, quam non suspicioni-  
bus quiuis possit criminari: deinde vnaquāq; suspicionē extenua-  
bimus, & dībimus operam, vt ostendamus, nihilo magis in nos eā  
qđ in aliū quempiam conuenire: indignum facinus esse, siue testi-  
bus conjecturam & suspicionem firmamenti satis habere.

**A rumor.** A rumoribus dicemus, si negabimus temere famam nasci sole-  
re quin subsit aliquid, & si dicemus causam non fuisse quare quis-  
piam configereret, & commīnisceretur. Et præterea si cæteri falsi so-  
leant esse, argumentabimus hunc esse verum.

**Contra ru-** Cōtra rumores dicemus primum, si docebimus multos esse fal-  
sos rumores, & exēplis vtēmur, de quibus falsa fama fuerit, & aut

i inimicos nostros, aut homines natura malevolos, & maledicos cō  
fidisse dicemus, & aliquam aut fictam fabulam in aduersarios af-  
feremus, quam dicamus omnibus in ore esse, aut verum rumorem  
proferemus, qui illis aliquid turpitudinis afferat, neq; ramen ei ru-  
5 mori nos fidem habere dicemus, ideo q; qui quis homo possit quē-  
uis turpem de quolibet rumorem proferre, & confictam fabulam  
dissipare. Verūtamen si rumor vehementer probabilis esse videbi-  
tur, argumentando, famē fidem poterimus abrogare. Qz & diffi-  
cillima tractatu est constitutio conjecturalis, & in veris causis sā-  
10 pissime tractanda est, eo diligentius omneis eius parteis pescruta-  
ti sumus, vt ne paruula quidem titubatione, aut offensione impe-  
diremur, si ad hanc rationem præceptionis, assiduitatem exercita-  
tionis accommodassemus. Nunc ad legitimae constitutionis par-  
tes transeamus.

## Constitutionis legitime partes.

15  Vum voluntas scriptoris cum scripto dissidere  
videbitur, si a scripto dicemus, his locis utemur  
secundum narrationem. Primum scriptoris col-  
laudatione. Deinde scripti recitatione. Deinde  
20 percontatione, scirent ne aduersarij id scriptum  
fuisse in lege, aut testamēto, aut stipulatione, aut  
quolibet scripto, quod ad eandem rem pertinebit. Deinde collatio-  
ne quid scriptum sit, quid aduersarij se fecisse dicant, quid iudicē  
sequi conueniat, vtrū id quod diligenter perscriptum sit, an id qđ  
25 acute sit excogitatum. Deinde ea sententia quę ab aduersarijs sit ex  
cogitata, & scripto attributa, contemnetur, & infirmabitur, Dein  
de quareq; deobfuerit, si id voluisset adscribere, aut num nō po-  
tuerit perscribere. Deinde a nobis sententia reperietur, & causa p-  
feretur, quare id scriptor senserit quod perscripsit, & demonstra-  
30 bitur scriptum iliuē esse dilucide, breuiter, commode, perfecte, cer-  
ta cum ratione. Deinde exempla proferentur, quæ res cum ab ad-  
uersarijs sententia redderetur, & voluntas afferretur, a scripto pos-  
tius iudicatae sint. Deinde ostendetur q; periculoseum sit a scripto  
recedere. Locus communis est contra eum, qui quū fateatur se cō-  
35 tra id quod legib; sancitum, aut testamēto perscriptū sit, fecisse,  
tamen facti quārat defensionem. A sententia sic dicemus. Primum

laudabimus scriptoris commoditatē atq; breuitatem, qui tñ scri-  
pserit quod necesse fuerit: illud quod sine scripto intelligi posue-  
rit, non necessario scribendum putarit. Deinde dicemus, cālumnia  
toris esse officium verba & literas sequi, negligere voluntatem.  
Deinde id quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, non  
more, non natura, non aequo & bono posse fieri, quæ omnia scri-  
ptorem noluisse q̄ rectissime fieri nemo dicerat: at ea quæ a nobis fa-  
cta sunt, iustissime facta. Deinde contrariam sententiam, aut nullam  
esse, aut stultam, aut iniustum, aut non posse fieri, aut non consta-  
re cum superioribus & inferioribus sententijs, aut cum iure com-  
muni, aut cum alijs legibus communib; aut cum rebus iudica-  
tis dissentire. Deinde exemplorum a voluntate, & cōtra scriptum  
rūdicatorum enumeratione vtemur. Deinde legum, & stipulatio-  
num breuiter exceptarum, in quibus intelligatur scriptorum vo-  
luntas, & expositio. Locus communis contra eum, qui scriptum re-  
citet, & scriptoris voluntatem non interpretetur.

Cum duæ leges inter se discrepant, vidēdum est primum, nunt  
quæ abrogatio, aut derogatio sit. Deinde, vtrum leges ita dissenti-  
ant, vt altera iubeat, altera vetet, an ita vt altera cogat, altera pmit-  
tat. Infirma enim erit eius defensio, qui negabit se fecisse quod co-  
geret, cum altera lex permetteret. Plus enim valet sanctio permis-  
sione. Item illa defensio tenuis est, cum ostēditur id factum esse qđ  
ea lex sanciat, cui legi abrogatum, aut derogatum sit: id quod po-  
steriori lege sancitum sit, esse neglectum. Cum hæc erunt conside-  
rata, statim nostrę legis expositione, recitatione, collatione vte-  
mur. Deinde, contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam tra-  
hemus ad nostræ causæ commodum. Deinde de iuridiciali absolu-  
lita sumemus rationem iuris, & queremus † partes iuris, vtrum  
cum ea faciat, de † quibus posterius differemus.

<sup>† Partem.</sup>  
<sup>† qua parte</sup>  
Si ambigu Si ambiguum est scriptū, vt puta, quod in duas, aut plures sen-  
tientias trahi possit, hoc modo tractandum est. Primum sit ne am-  
biguum, quærendum est. Deinde quo modo scriptum † est, & si id  
quod aduersarij interpretatur, scriptor fieri voluisset, ostendendū  
est. Deinde id quod nos interpretemur, & fieri posse, & honeste, & re-  
cte, & lege, & more, & natura, bono & aequo fieri posse.

Quod aduersarij interpretantur, e contrario. Nec esse ambigue.

scriptum, cum intelligatur vtra sententia vera sit. Sunt qui arbitrantur ad hanc causam tractandam, vehementer pertinere cognitionem amphibologiae ea, quod a dialecticis perferuntur. Nos vero arbitramur, non modo nullo adiumento esse, sed potius maximo impedimentoo. Oes enim illi amphibologias usurpant, etiam eas quod parte ex altera sententiâ nullam possunt interpretari. Itaque & alieni sermonis molesti interpellatores, & scripti tum odiosi, tum obscuri interpretes sunt, & dum cautelâ & expeditâ loqui volunt infantissimi reperiuntur: Ita dum metunt in dicendo ne quid ambiguum dicant, nomen suum pronunciare non possunt. Verum horum pueriles opiniones rectissimis rationibus cum voles, refellemus. In praesentia haec tantum interim dicere non possumus, ut huius infantie garrulâ disciplinâ conteneremus.

Cum diffinitione vtemur, primum afferemus breuem vocabulum diffinitionem, hoc modo. Maiestatem is minuit qui ea tollit ex quibus rebus ciuitatis amplitudo constat, quod sunt ea quod capiunt suffragio populi, & magistratus consilium. Nempe igitur tu & populus suffragio, & magistratum consilio priuasti cum pontes disturbance. Item ex contrario. Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. Ego non affici, sed prohibui detrimentum tuum. Aerarium enim conseruauimus, libidini malorum restituimus, maiestate omniem interire non passus sum. Primum igitur vocabulum sententia breuiter, & ad utilitatem cause accommodate describetur. Deinde factum nostrum cum verbâ descriptione coniungetur. Deinde contrarie descriptionis ratio refelletur, si aut falsa erit, aut inutilis, aut turpis, aut iniuriosa. Id quoque ex iuris partibus sumetur de iure fiduciali absoluta, de qua iam loquemur.

Quæritur in translationibus primis, num aliquis eius rei actionem, petitionem, aut executionem habeat, quem non oporteat. Num alio modo, tempore, loco, num alia lege, num alio querente, aut agente. Hæc legibus, & moribus, aequo & bono reperientur, de quibus

dicetur in iuridicali absoluta.

In causa rationali primum quæretur, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut similibus, similiter scriptum aut iudicatum sit. Deinde, utrum ea res similis sit ei rei, qua de re agitur, an dissimilis. Deinde, utrum consulto de ea re scriptum non sit, quod nolucrit cause re, an quod satius cautum putarit propter ceterorum scriptorum similitudinem.

De partibus legitimæ constitutionis satis dictum est: nunc ad iuriū  
rūdicialem reuertemur.

De iuridiciali absoluta.



Bsoluta iuridiciali vremur cōstitutione, cū ipsā  
rem quā nos fecisse confitemur, iure factam dī-  
cēmus, sine vlla assumptione extrarie defensiōis.  
In ea q̄ri cōuenit, iure ne sit factum. De eo causa-  
posita dicere poterimus, si ex quibus partibus  
ius constet, cognouerimus.

Natura.

Constat igitur ex his partibus, natura, lege, consuetudine, iudi-  
dicato, æquo & bono, pacto. Natura ius est, qđ cognitionis, aut  
pietatis causa obseruat, quo iure parentes a liberis, & a parenti-  
bus liberti coluntur.

Lex.

Consuetu-  
do.

Cōsuetudine ius est id qđ sine lege ēque ac si legítimū  
sit, yicitatum est: qđ genus ē id, qđ argētario obtuleris expensum, a  
socio eius recte repetere possis.

Iudicatum.

Iudicatum est id de quo sententia lata est, aut decretū interpositū.  
Ea sepe diuersa sunt, vt aliud alij iudicī, aut p̄torī, aut consuli, aut  
tribuno plebis placitū sit: & sit, vt de eadē re sepe alius aliud decre  
uerit, aut iudicarit. qđ genus M. Drusus p̄tor urbanus, q̄ cū h̄ere-  
de mādarī ageret, iudicū reddidit. Sextus Iulius nō reddidit. Itē,  
Caius Celius iudex absoluit iniuriarū eū, q̄ Luciliū poetā in scena  
noiatim lēserat. Publi⁹ Muti⁹ eū, q̄ L. Acciū poetā noīauerat, cōdē-  
nauit. Ergo, quia possunt res similī de causa dissimiliter iudicatae  
proferrī, cum id vsu venerit, iudicem cum iudice, tempus cum tē-  
pore, numerum cum numero iudiciorum proferemus.

Ex aequo.

Ex aequo & bono ius constat, qđ ad veritatem, & vtilitatem cō-  
munem videntur pertinere: quod genus, vt maior annis. LX. & cui  
morbus causa est, cognitorem det. Ex eo nouum ius constitui con-  
uenit ex tempore, & ex hominis dignitate.

Ex pacto.

Ex pacto ius est, si qđ inter se pepigerūt, si qđ iter quos cōuenit.  
Pacta sunt, q̄ legib⁹ obſuāda sunt, hoc mō. Rē vbi pagūt, ofone pa-  
gūt. In comitio, aut in foro aī meridiē causā coniūcto. Sūt itē pa-  
cta quae sine legib⁹ obseruantur ex conuentu, quae iuri præstare  
dīcuntur. His igitur partibus iniuriā demonstrari, ius cōfirma.

i tri conuenit, idq; in absoluta iuridicali faciendum videtur.

Cum ex comparatione queret, utrum satius fuerit agere id quod reus dicat se fecisse, an id quod accusator dicat oportuisse fieri, primum quod cōvenit, utrum fuerit utilius ex cōtētione, hoc est, utrum facilius, venustius, cōducibilius. Deinde oportebit quod, ipsum ne oportuerit iudicare utrum fuerit utilius, an aliorū fuerit utilius statuēdi potestas: Deinde iterabat ab accusatore suspicio ex cōstitutiōe cōiecturali, quae putet non ea ratione factū esse, quo melius deteriori anteponere, sed dolo malo negotiū gestū. Deinde queret, potuerit ne vitari, ne in eum locum venire. Ab defensore cōtra refellef argumētatio cōiecturalis aliqua probabilis causa, de qua si dictū est. His locis ita tractatis, accusator utet loco cōi in eū quod inutile utili p̄posuerit, cum statuēdi non habuerit potestatē. Defensor, cōtra eos quaequā censeat rē p̄niciosa utili p̄poni, utet loco cōi per questionē, & simul queret ab accusatore, & ab iudicib⁹ ipsiis, quod factū essent si in eo loco fuissent, & tēpus, locū, rem, deliberationem suam ponet ante oculos.

Translatio criminis est, cum ab reo facta causa in aliorum peccatum transffertur. In qua primum querēdum est, ut vere ne in aliū crimen transferatur. Deinde spectandum est, an aquae magnū sit illud peccatum, quod in aliū transffertur, atque illud quod reus suscepisse dicitur: Deinde oportuerit ne in ea re peccare, in quā aliis ante peccarit: Deinde oportuerit ne iudicium ante fieri: Deinde, cum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in aliū transffertur, oporteat ne de ea re iudicium fieri, quae res in iudicium non venerit. Locus communis accusatoris, cōtra eum qui censeat vim plus quam iudicia valere oportere: & ab aduersariis percutitur accusator, quid futurum, sit si idem ceteri faciant, ut de in demnatis supplicia sumant, quod eos idem fecisse dicat: Quid si ipse accusator idem facere voluerit? Defensor eorum peccati atrocitas proferet, in quos crimen transffertur: rem, locum, tempus ante oculos ponet, ut iū qui audierit, existimat, aut non potuisse, aut inutile fuisse rem in iudicium venire.

Concessio est, per quam nobis ignorisci postulamus. Ea diuiditur in purgationem, & depreciationem. Purgatio est, cum consultato a nobis factum negamus. Ea diuiditur in necessitudinem, fortunam, imprudentiam. De his primum partibus ostendendum est,

Translatio  
iure.

deinde ad depreciationem reuertendum videtur. Primum, conside-  
randū est, num per culpam ventum sit in necessitudinem, num cul-  
pam veniendi necessitudo fecerit.

Necessitu-  
do.

Deinde quarendum est, quo modo vis illa vitari potuerit ac  
leuari. Deinde is qui in necessitudinem causam conferet, expertus  
ne sit quid contra facere, aut excogitare posset. Deinde, nūquæ suspi-  
tiones ex coniecturali constitutione trahi possint, quæ significant  
id consulto factum esse, quod necessario accidisse dicitur. Deinde,  
si maxime necessitudo quæpiam fuerit, cōueniat ne, eam satis ido-  
neam causam putari.

Impruden-  
tia.

Si autem imprudētia reus se peccasse dicet, primum q̄ret vtrū  
potuerit scire, an nō potuerit: Deinde, vtrū data sit opa ut sciret,  
an nō. Deinde, vtrū casu nescierit, an culpa. Nā qui se ppter vinū,  
aut amorē, aut iracundia fugisse rationē dicet, is animi virtio vide-  
bitur nescisse, nō imprudētia: Quare nō imprudentia se defendet,  
sed culpa cōtaminabit psonā. Deinde, cōiecturali cōstitutione q̄re-  
tur, vtrum scierit, an ignorauerit: & considerabitur, satis ne impru-  
dētia p̄sidiū debeat esse, cum factum esse constet.

Fortuna.

Cum in fortunam causa cōferetur, & ea re defensor ignosci reo  
dicet oportere, eadem omnia videntur considerāda quæ de necel-  
litudine p̄scripta sunt. Etenim hæ tres partes purgationis īater  
se finitimæ sunt, vt in omnes eadem fere possint accommodari. Lo-  
cū communes in his causis, Accusatoris contra eum, qui cum se  
peccasse cōfiteatur, tamē oratione iudices demorent. Defensoris lo-  
cus de humanitate, misericordia, voluntatē in oībus rebus specta-  
ri cōuenire, & q̄ consulto facta nō sint, ea fraudi esse nō oportere.

Deprecatio-

Deprecatiō vtemur, cū fatebimur nos peccasse, neq; id imprudē-  
ter, aut fortuitū, aut necessario fecisse dicemus, & tñ ignosci nobis  
postulabim⁹: Hic ignoscēdi ratio q̄ret ex ijs locis, si plura, aut ma-  
iora officia, q̄ maleficia videbunt cōstare, si qua virtus, aut nobili-  
tas erit in eo, q̄ supplicabit si qua spes erit, ysui futurū si sine suppli-  
cio discesserit, si ipse ille supplex, māsuet⁹, & misericors ī potesta-  
tibus ondef̄ fuisse: si ea q̄ peccauit, nō odio, neq; crudelitate, sed of-  
ficio, & recto studio cōmot⁹ fecit, si tali de causa alijs q̄pignotū sit,  
si nihil ab eo pīculi nobis futurū videbit, si eū missū fecerim⁹, si nū  
la aut a nīis ciub⁹, aut ab aliq; ciuitate virtutatio ex ea suscipiet re.

i Loci cōm̄tines, de humanitate, fortuna, misericordia, terū cōm̄tū Loci cōes.  
tatione. His locis oībus ex contrario vtet is qui contradicet, cum  
amplificatione & enumeratione oīm peccatorū. Hæc causa iudi-  
cialis fieri non potest, vt in libro primo ostendimus, sed q̄ potest  
5 vel ad senatum, vel ad consilium venire, nō vīsa est supsedēda.

Cum a nobis erimen remouere voletus, aut in rem, aut in ho-  
minem nostri peccati causam conferemus. Si causa in hominē cō-  
feretur, quārendum erit primum, potuerit ne tantum quātum re-  
us demonstrabit is in quem causa cōferetur, ecquonam modo aut  
10 honeste, aut sine periculo potuerit obſisti. Si maxime ita sit, num  
ea re concedi reo cōueniat, q̄ alieno inductu fecerit. Deinde in cō-  
jecturalē traheat controversiā, & q̄rēt, num consulto factum sit. Si  
causa in rem quandam conferetur, & hæc eadem fere, & omnia q̄  
de necessitudine p̄cepimus, consideranda erunt.

15 Argumentationes quomodo sint tractandæ.

 Voniā satiō ostendisse vīdemur, quib⁹ argu-  
mentationib⁹ in unoquoq̄ genere causæ iudi-  
cialis vtī conueniret, consequi vīdetur vt docea-  
mus, quēadmodum ipsas argumentationes or-  
nate, & absolute tractare possimus. Nam fere nō  
difficile est inuenire quid sit causæ adiumento,  
difficillimum vero est inuentum expolire, & expedite pronuncia-  
re. Hæc enim res facit vt neq̄ diutius, q̄ satis sit, in ijsdē locis cō-  
m̄cēmur, neq̄ eodē idētide reuoluamur, neq̄ inchoatā argumen-  
25 tationē relinquam⁹, neq̄ incōmode ad aliā deinceps transeamus.  
Itaq̄ hac ratione & ipsi meminisse poterimus qđ in unoquoq̄ lo-  
co dixerimus, & auditor cū totius cause, tum vniuscuiusq̄ argu-  
mentationis distributionem percipere, & meminisse poterit.

Ergo absolutissima, & pfectissima est argumētatio ea q̄ in qnq̄ Argu. pfect.  
30 partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmatio- & partes.  
tionem, exornationem, complexionem,

Propositio est, p̄ quā oīdīm⁹ summati qđ sit qđ pbare volum⁹. Propositio.  
Ratio ē cā q̄ demōstrat verū eē id qđ itēdīm⁹, breui subiectiōe. Ratio.  
Rationis confirmatio est ea quæ pluribus argumentis corro-  
35 borat breuiter expositam rationem. Rationis confirma-  
tio.

Exornatio est, qua vtimur rei honestādē, & collocupletādē causa

**Confirmatio** confirmata argumentatione.

**Causa ostenditio** Cōplexio est, q̄ cōcludit breuiter colligēs partes argumētatiōis.  
**Causa ostenditio** Hisce igitur quinq̄ partibus vt absolutissime vtam ur, hoc mo  
**Exornatio** do tractabimus argumentationem. Causam ostēdemus Vlyssi fu-  
**Complexio** isse quare interficerit Aiacem. Inimicum enim acerrimum de me-  
 dio tollere volebat, a quo non iniuria sibi summū periculū metue-  
 bat: v̄idebat illo incolumī, se incolumem non futurum: sperabat il-  
 lius morte, se salutem sibi comparare: consueuerat, si iure non po-  
 tuerat, iniuria quauis inimico exitium machinari, cui rei mors i-  
 digna Palamedis testimonium dat. Ergo & metus periculī horta  
 batur eum interīmere, a quo supplicium verebatur, & consuetu-  
 do peccandi maleficij suscipiendi remouebat dubitationem. Oēs  
 enim cum minima peccata cum aliqua causa suscipiunt, tum ve-  
 ro illa quæ multo maxima sunt maleficia, aliquo certo emolumen-  
 to inducti suscipere conantur. Si multos induxit in peccatum pe-  
 cunie spes, si complures se scelere contaminauerūt iperij cupidita-  
 te, si multi leue compediū fraude maxima conimutarunt, cui mi-  
 rū videbit istū a maleficio ppter acerrimā formidinē non tēpera-  
 se: Virū fortissimū, integrumū, inimicitarū persequantissimū, iniu-  
 ria laceſſitū, ira excitatū: homo timidus, nocēs, conscientis sui pecca-  
 ti, insidiosus, inimicū incolumē esse noluīt, cui tādem hoc mirum  
 videbitur! Nā cum feras bestias videamus alacres, & erectas yade-  
 re vt alteri bestię noceāt, non est incredibile putandū, istius quoq̄  
 animū ferum, crudelē, atq̄ inhumanū cupide ad inimici pñiciem  
 pfectum; pfectum cum in bestijs nullam neq̄ bonā, neq̄ malā ratio  
 nē videamus: in isto plurimas, & pessimas rationes semp fuisse in-  
 telligamus. Si ergo pollicitus sum me daturum causam, qua indu-  
 etus Vlysses accesserit ad maleficiū, & si inimicitarum acerri-  
 mam rationem, & periculi metum intercessisse demonstrauī, non  
 est dubium, quin confiteatur causam maleficij fuisse.

Ergo absolutissima est argumentatio ea, quæ ex quinq̄ partib⁹  
 constat, sed ea non semper necesse est vti. Tum enim complexione  
 supsedēdū est, si res breuis est, q̄ facile memoria comp̄hēdat: tū ex-  
 ornatio p̄termittenda est, si parum locuples ad amplificandum,  
 & exornandū res videtur esse. Sīn & breuis erit argumētatio, & res  
 tenuis, aut humilis, tū & exornatiōe, & cōplexioque supsedēdū est.

In omni argumentatione de duabus partibus possumis, hæc quā exposui, ratio est habēda. Ergo amplissima argumentatio est quinquepertita. Breuissima est tripertita. Mediocris, sublata aut exornatione aut complexione, quadrupertita.

**D**uos sunt genera vitiosarum argumentationum. Vnum, qd ab aduersario reprehendī potest, id quod pertinet ad causam. Alterum, quod tametsi nugatorium est, tamen nō indiget reprehensione. Quæ sint, quæ reprehensione cōfutari cōueniat, quæ tacite contemni, atq; vitari sine reprehensione, si exempla subiecerō, dilucide intelligere poteris. Hęc cognitio vitiosarum argumentationum duplē utilitatem afferet. Nam & vitare vitium in argumentatione admonebit, & ab alijs non vitatum commode reprehendere docebit.

Quoniam igitur ostendemus plenam & perfectam argumentationem ex quinq; partibus constare, in unaquaq; parte argumentationis quæ vitia evitanda sunt cōsideremus: vt & ipsi ab his vitijs recedere, ac aduersariorum argumentationes hac preceptione in omnib; partib; tentare, & ab aliqua parte labefactare possim⁹.

**E**xpositio vitiosa est, cum ab aliqua, aut a maiore parte ad omnes consertur id quod non est necessario omnibus attributū, vt si quis hoc modo exponat. Omnes qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare dūtiās, q; officio paupertatem tueri. Si quis hoc modo exposuerit argumentationem, vt non curet quere re qualis ratio, aut rationis confirmatio sit, ipsam facile reprehendemus expositionem: cum ostendemus id quod in aliquo paupere improbo sit, in omnes pauperes falso & iniuria conferri.

Item vitiosa est expositio cum id quod raro fit, fieri omnino negatur, hoc modo. Nemo potest uno aspectu, neq; prēterīcs in amorem incidere. Nam cum nō nemo detenerit in amorem uno aspectu, & cum ille neminem dixerit, omnino nihil differt, raro id fieri, dummodo aliquando fieri, aut posse fieri, intelligatur.

Item vitiosa expositio est, cum omnis res ostendemus nos collegisse, & aliquam rem idoneam præterim⁹, hoc modo. Quoniam igitur hominem occisum constat esse, necesse est aut a prædonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille heredem testamento ex parte faciebat. Prædones in illo loco nunq; visi sunt;

Argumēta  
tiones vi-  
tiosæ.

inimicum nullum habebat: relinquitur, si neq; a prædonibus, neq; ab inimicis occisus est, quoniam alteri non erant, alteros non habebat, vt abs te sit interemptus. Nam in huiuscemodi expositione utemur reprehensione, si quos præter eos, quos ille collegerit, potuisse suscipere maleficium ostenderimus. velut in hoc exemplo, cum dixerit necesse esse, aut a prædonib<sup>9</sup>, aut ab inimicis, aut a nobis occisum esse, dicemus potuisse vel a familia, vel a coheredibus nostris. Cum hoc modo illorum collectionem disturbauerimus, nobis latiorem locum defendendi reliquerimus. Ergo hoc quoq; vitandum est in expositione, ne quando, cum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem relinquamus.

Item vitirosa expositio est, quæ constat ex falsa enumeratione: vt si, cum plura sunt pauciora dicamus, hoc modo.

Duae res sunt iudices, quæ homines ad maleficium impellunt, luxurias & avaritia.

Quid amor inquit quispiam, quid ambitio, quid irreligio, quid metus mortis, quid imperij cupiditas, quid deniq; alia per multa!

Falsa enum-  
meratio. Item falsa enumeratio est, cum pauciora sunt, & plura dicim<sup>9</sup>, hoc modo. Tres res sunt, quæ homines sollicitant, metus, cupiditas, & avaritudo. Satis enim fuerat dixisse metum, & cupiditatem, quoniam avaritudinem cum utraq; re coniunctam esse nescie est.

Item vitirosa expositio est, quæ nimium longe repetitur, hoc modo. Omnium malorum stultitia est mater, quæ præ ceteris parit immensas cupiditates: immensa porro cupiditates, infinitæ & immoderatae sunt, hec parunt avaritiam, avaritia porro hominem ad quodvis maleficium impellit: ergo avaritia inducit aduersarij nostri, hoc in se facinus admiserunt. Hic id quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium & ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est.

Vide Crini-  
tum lib. xv.  
cap. vi.

Vtinam, ne in nemore Pelio securibus

Cæsa cecidisset abiegnæ ad terram trabes.

Neve inde nauis inchoandæ exordium

Cepisset, quæ nunc neminatur nomine

Argo, qua vecti Argivæ delecti viri

- Petebant illam pellem auratam arietis  
Colchis imperio regis Pelie per dolum.  
Nam nunq̄ hera errans mea, domo efferret pedem  
Medea, animo ægra, amore sœuo sautia.
- Nam h̄ic sat̄ erat dicere, si id modo, qđ esset sat̄, curasset poeta:  
Vt̄inam, ne hera errans mea, domo efferret pedem.  
Medea, animo ægra, amore sœuo sautia.  
Ergo hac quoq; ab vltimo repetitione in expositionibus magno-  
pere superedendum est: Non enim reprehensione, sicut alia com-  
plures, sed sua sponte vitiosa est.

Vitiosa est ratio, quæ ad expositionem non est accommodata, Ratio vi-  
vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem. ti.

Infirma ratio est, quæ non necessario ostendit ita esse, quemq; Infirma.  
admodum expositum est, velut apud Plautum.

- Amicum castigare ob meritam † noxiām. † noxiām.  
Immane est facinus, verum in artate vtile.  
Et conducibile.  
Hæc expositio est, videamus quæ ratio afferatur.  
Nam ego amicum hodie meum:
- Non castigabo pro commerita noxia.  
Ex eo quod ipse facturus est, non ex eo quod fieri conuenit, vtile  
quid sit, ratiocinatur.

Vana ratio est, quæ ex falsa causa constat, hoc modo. Amor Vana  
fugiendus nō est, nam ex eo verissima nascitur amicitia. Aut hoc  
modo, Philosophia est vitanda. Affert enim socordiam atq; des-  
diam. Nam he rationes nisi falsæ essent, expositiones quoq; earum  
veras esse confiteremur.

Item infirma est ratio, quæ non necessariam causam affert ex- Infirma  
positionis, velut Pacuvius. versus.

- Fortunam esse insanam & cæcam & brutam perhibent philo-  
sophi.  
Saxiç instar globosi prædican volubilem;  
Quo saxum impulerit fors, cadere fortunam autumant.  
Cæcam ob eam rem autumant, quia nihil cernat quo se se applicet.  
Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisq; sit.

Brutam quia dignum atque indignum nequeat internoscere.  
Sunt autem alii philosophi qui contra fortuna negant  
Villam esse miseriam, sed temeritate omnia regi. id magis  
Verisimile aiunt, quod vsus re apse experiundo edocet,  
Velut Orestes modo fuit rex, modo mendicus factus est:  
Naufragio res contigit.

Nempe ergo haud fortuna obtigit. Nam hic Pacuvius infirma ratione vtitur cum ait, verius esse temeritate quam fortuna res gerit. Nam vtraque opinione philosophorum fieri potuit, ut is qui rex fuisset, mendicus factus esset.

Item infirma ratio est, que videtur pro ratione afferri, sed idem dicit quod in expositione dictum est, hoc modo. Magno malo est hominibus avaritia, idcirco quod homines magnis & multis incommodis conflictantur propter immensam pecuniae cupiditatem. Nam hic alijs verbis idem per rationem dicitur, quod dictum est per expositionem. Item infirma ratio est, quae minus idoneam quam res postulat, causam subiicit expositionis, hoc modo. Ut ille est sapientia, propterea quod qui sapientes sunt, pietatem colere consueuerant.

Item utile est amicos veros habere: habeas enim quibuscum ideo cari possis. Nam in huiusmodi rationibus non universali neque absoluta, sed extenuata ratione expositione confirmatur. Item infirma ratio est, quae vel alij expositioni potest accommodari, ut facit Pacuvius, qui eandem affert rationem, quare cæca: eadem, quare bruta fortuna dicitur.

**Confirmatione rationis multa & vitanda in nostra & obser-** 25  
**tatio vitiosa.**

**I**uanda in aduersariorum ratione sunt vicia, proptereaque diligenter consideranda sunt, quod accurata confirmatione rationis totam vehementissime coprobat argumentationem. Utuntur igit studiosi in confirminganda ratione duplice conclusione, hoc modo.

Iniuria abs te afficio indigna pater,

Nam si improbum esse Cresponentem existimaueras,

Cur me huic locabas nuptijs: fin est probus,

**T**intutam me cur talem iniuitam tintutum cogitis linquere?

**v**irū cog. Quæ hoc modo concludentur, aut ex contrario couertentur, aut

ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario, hoc modo,

Nulla te indigna nata afficio iniuria,

- 1 Sí probus est bene locauit, si est improbus  
Diuortio te liberabo incommodis.  
Ex simplici parte reprehendentur, si ex dupliciti conclusione altera  
utra pars diluitur, hoc modo.
- 5 Nam si improbum tibi Cresponentem existimaueras,  
Cur me huic locabas nuptias? duxi probum,  
Erravi, post cognoui, & fugio nunc cognitum,  
Ergo reprehensio huius conclusionis duplex est, acutior illa super-  
ior, facilior haec posterior ad excogitandum. Item vitirosa est confir-  
10 matio rationis, cum ea re quae plures res significat abutimur pro cer-  
to vnius rei signo, hoc modo. Necesse est quoniam pallet egrotas-  
se: aut necesse est peperisse, quoniam sustinet puerum infantem. Nam  
haec sua sponte certa signa non habent, si non cætera quoque simili-  
lia concurrant: quod si concurrerint, non nihil huiusmodi signa adau-  
15 gent suspicionem. Item vitirosum est cum vel in alium vel in eum  
ipsum qui dicit, id quod in aduersarium dicitur, potest conuenire,  
hoc modo. Miseri sunt qui vxores ducunt, at tu duxisti alteram.  
Item vitirosum est id quod vulgarem habet defensionem, hoc modo.  
Iracundia inductus peccauit, aut adolescentia, aut amore. Hu-  
20 iusmodi enim deprecationes si probabuntur, impune maxima pec-  
cata tibi dilabentur. Itē vitirosum est cum id pro certo sumitur, quod  
inter omnes non constat, quia etiam nūc in controuersia est, hoc modo.  
Eho tu, dii quibus est potestas motus superum atque inferum,  
Pacem inter se se conciliant, conferunt concordiam.
- 25 Nam ita pro suo iure hoc exemplo ysum Chresponentem Enni⁹ in-  
duxit, quasi iam sati certis rationibus ita esse demonstrasset. Itē  
vitirosum est quod iam quasi sero atque acto negocio dici videtur, hoc modo.  
In mentem mihi si venisset Quirites, non commissem ut  
hunc in locum res veniret, nam hoc aut hoc fecissem: sed me tum  
30 haec ratio fugit. Item vitirosum est cum id quod in aperto delicto  
positum est, tamē aliqua leui tegitur defensione, hoc modo.  
Cum te expetebant omnes, florentissimo  
Regno reliqui, nūc desertum ab omnibus  
Summo periculo sola ut restituam paro.
- 35 Item vitirosum est quod in aliam partem ac dictum sit, potest ac-  
cipi. Id est huiusmodi, ut si quis potens ac factiosus in concione

<sup>t</sup>Threspon-  
tem.

<sup>t</sup> diluetur.

dixerit, satius est ut regibus quam malis legibus. Nam & hoc tametsi rei augendae causa potest sine malitia dici, propter potentiam tamen eius qui dicit, non dicitur sine atrocitate suspitione. Item vitium sum est falsis aut vulgaribus diffinitiōibus uti. Falsae sunt huiusmodi, si quis dicat iniuriam esse nullam nisi quae ex pulsatione, aut cōuicio cōstet. Vulgates sunt quae nihilominus in aliam rem trāferrī possunt, ut si quis dicat quadruplator ut breuiter describam capitalis est. Est enim improbus & pestifer ciuis. Nam nihil magis quadruplatoris quam furis, quam scicarii aut proditoris attulit definitionem. Item vitiosum est pro argumento sumere quod in disputatione positum est, ut si quis quem furti arguat dicat eum esse hominem improbum, avarum, fraudulentum, ei rei testimonium esse quod sibi furtum fecerit.

Item vitiosum est controversiam controversia dissoluere, hoc modo. Non conuenit censores istum vobis satisfacere, ex eo quod ait se non potuisse adesse, ita ut iuratus fuerat, quod si ad exercitum non venisset, id ne tribuno militum diceret! Hoc ideo vitiosum est, quia non expedita aut iudicata res, sed impedita & in simili controversia posita exempli loco profertur.

Item vitiosum est cum id de quo summa controversia est, parum expeditur, & quasi transactum sit, relinquatur, hoc modo.

Aperte fatur dictio, si intelligas.

Tali dari arma qualis qui gessit fuit

Iubet, potiri si studeamus Pergamo.

Quae ego profiteor esse mea, nam me equum est frui

Fraternis armis mihique adiudicari,

Vel quod propinquus, vel quod virtute æmulus.

Item vitiosum est ipsum sibi in sua oratione dissentire, & contra quem antedixerit, dicere, hoc modo.

Qua causa accusem hunc, nequeo exponendo euoluerem.

Nam si veretur, quid eum accusem, qui est probus?

Sin inuercundum animi ingenium possidet,

Quid eum accusem qui, id parui auditu existimet?

No incōmoda ratione videtur sibi ostendisse quare non accusaret.

Quid quod postea ait?

Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.

Item vitiosum est quod dicitur contra iudicis voluntatem, aut eorum qui audiunt, si aut partes in quibus illi student, aut homines quos illi charos habent laedantur, aut aliquo huiusmodi vicio ledatur auditoris voluntas.

Item vitiosum est, non omnes res confirmare, quas pollicit<sup>9</sup> sis in expositione,

Item verendum est, ne de alia re dicatur, cum alia de re controversia sit: inquit huiusmodi vicio considerandum est ne aut ad rem addatur quid, aut quippiam de re detrahatur, aut tota causa mutata in aliam causam deriuetur. Vt apud Pacuvium Ze-  
10 tus cum Amphione, quorum controversia cum de musica in-  
ducta est, disputatio in sapientiae rationem & virtutis utilitatem consumitur.

Item considerandum est ne aliud accusatoris criminatio con-  
15 tineat, aliud defensoris ratio purget, quod saepe consulto mul-  
ti ab reo faciunt angustiis causae coacti. Vt quis cum accu-  
setur ambitu magistratum petuisse, ab imperatoribus saepenume-  
ro se apud exercitum donatum esse dicat. Hoc si diligenter in  
aduersariorum oratione obscurauerimus, saepe deprehendemus, &  
20 in eiusmodi deprehensione ostendemus eos de ea re quid dicant  
non habere.

Item vitiosum est artem, aut scientiam, aut studium quoppiam  
vituperare propter eorum vitam, qui in eo studiosi sunt, veluti qui  
rhetoricā vituperant propter alīcuius oratoris vituperandā vitā.  
25

Item vitiosum est ex eo quod perperam factum esse constat,  
putare ostendī a quo hominē factum est, hoc modo. Mortuum  
deformatum, tumore præditum, corpore decoloratum fuisse con-  
stat, ergo veneno necatus est. Deinde si sit usq[ue] adeo in eo occupa-  
tus, vt multi faciunt, venenum datum, vicio non mediocri confi-  
30 ctetur. Non enim factum ne sit queritur, sed a quo factum sit.

Item vitiosum est in comparadis rebus alteram rem efferre, de  
re altera mentionem non facere, aut negligenter disputare, vt si  
comparetur utrum satius sit populum frumentum accipere aut  
35 non accipere, quæ commoda sint in altera re vitet aut cures enu-  
merare: quæ in altera incommoda sint, velut depressa prætereat:  
aut ea quæ minima sunt, dicat.

¶ Vejss.

Itē vitiosum est in rebus comparandis necesse putare alteram rem vituperari, cum alterā laudes. Quod genus, si queratur vtris maior honor habendus sit, Albensibus, an† Venusinis, q̄ reipub. & populi Roma, præsidio profuerunt, & is qui dicat ab alteris alteros ledat. Non enim necesse est si alteros præponas, alteros vituperare. Fieri enim potest, vt cū alteros magis laudaueris, aliquā alteris laudis partem attribuas, ne cupide pugnasse contra veritatem puteris. Item vitiosum est de nomine & vocabulo eius rei controuersiam striere, quam rem consuetudo potest optimè iudicare. Velut Sulpitius q̄ intercesserat ne exules, quib⁹ causam dicere non licuisset, reducerent, sed idem posterius immutata voluntate, cū eandem legem ferret, aliam sese ferre dicebat propter nominum cōmutationem: nam non exules, sed vi electos se reducere aiebat. Perinde quasi id fuisset in controuersia, quo illi nomine appellarentur a Po, Roma, aut perinde quasi non omnes quibus aqua & igni interdictum est, exules appellantur.

Verū illi fortasse ignoscimus si cum causa fecit, nos tamen intelligimus vitiosum esse intendere controuersiam propter nominum commutationem.

Exornatio  
vitiosa.

Simile vit.

Exemplum.

Res iudi.

¶ idoneg.

**Q**uoniam exornatio constat ex similibus, & exēplis, & amplificationibus, & iudicatis rebus, & cæteris quæ pertinēt ad exaggerandam & locupletandam argumentationem, quæ sint hīs generib⁹ vītia consideremus. Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte dissimile est, nec habet parē rationem comparationis, aut sibi ipsi obest qui affert. Exemplum vitiosum est si aut falsum est, vt reprehendatur, aut si improbum, vt non sit imitandū, aut maius, aut minus, q̄ res postulabit.

Res iudicata vitiosc pferetur, si aut dissimili de re proferetur, aut de ea re qua de controuersia non est, aut si improba, aut eiusmodi, vt aut plures aut magis † inidoneę res iudicatę ab aduersariis posferri possint. Item vitiosum est, id quod aduersarii factū esse confiteantur, de eo argumentari, & planū facere factum esse: nān id tñ augeri oportet. Item vitiosum est id augeat quod cōuenit doceri, hoc modo. Ut si quis arguat hominem occidisse, & anteq̄ satis idoneas argumentationes attulerit, augeat peccatum, & dicat nihil indignius esse q̄ hominem occidere. Non em̄ vtrū

i indignum sit an non, sed factum ne sit quaeritur.

**C**omplexio vitiosa, quæ non id quod primum dictum est cōplete citur, & quæ non breviter cōcludit, & quæ non ex enumeratione certum & constans aliquid relinquit, ut intelligatur quid propositum in argumentatione sit, quid deinde ratione, quid cōfirmatione, quid tota argumentatione demonstratum.

**C**onclusiones quæ apud Græcos τέλοι nominantur, triā cōclusiōes. pertītē sunt, nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione, † In quatuor locis uti possumus conclusionibus. In principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in cōclusione †. Enumeratio est per quam colligimus & commonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breui ter, ut renouetur non redintegretur oratio, & ordine, ut quicquid erit dictum referamus, ut auditor si memoriae mandauerit, ad id quod ipse meminerit, reducatur. In qua curandum est, ne aut ab exordio, aut a narratione repetatur orationis enumeratio. Ficta enim & dedita opera comparata oratio videbitur esse artificij significandi, ingenijq; venditandi, & memoriae ostendandæ causa. Quapropter initium enumerationis est a diuisione sumendum. Deinde ordine breviter exponendæ sunt res quæ tractatæ erunt in confirmatione & confutatione. Amplificatio est quæ per locum communē instigationis auditorum causa sumitur.

† Hoc signo  
clusa adul-  
terina pu-  
tantur.  
Enūera-  
tio.

Amplifica-  
tio.

**L**Oci communes ex decem preceptis commodissime sumuntur adaugendī criminis causa.

25 Primus locus sumitur ab auctoritate, cum commemoramus quantę curę ea res fuerit dijs immortalib⁹, aut maioribus nostris, regib⁹, ciuitatibus, nationib⁹, hominib⁹ sapientissimis, senatu. Item maxime quo modo de his reb⁹ legib⁹ sanctum sit.

Secundus locus est cum consideramus, illæ res, de quibus criti minamur, ad quos pertineant: vtrum ad omnes, quod atrocissimum est: an ad superiores, quod genus hi sunt, a quibus auctoritatís locus cōmuniſ sumitur: an ad pares, hoc est in eisdem partibus animali, corporis, fortunarum positos: an ad inferiores, qui his omnibus rebus antecelluntur.

35 Tertius locus est, quo percontamur quid sit eventurū si omnibus idem concedatur: & ea re neglecta ostendemus quid pericu-

lorum aut incommodorum consequatur.

Quartus locus est, quo demonstratur, si huic sit remissum, mul-  
tos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc expectatio iudi-  
cij temoratur.

Quintus locus est, cum ostendemus, si semel aliter iudicatu sit, 5  
nullam rem fore quae incommodo mederi, aut perperam factu, aut  
erratum iudicium corrigerem posse. Quo in loco non incommo-  
dum erit uti ceterarum rerum comparatione, ut ostendam<sup>9</sup> alias  
res posse, aut vetustate sedari, aut cōsilio corrigi: huius rei, aut le-  
niendē aut corrigendē nullam rem adiumento futuram. 10

Sextus locus est, cum ostendemus ex consulto factum, & dice-  
mus voluntario facinori nullam excusationem, imprudentia iu-  
stam deprecationem paratam.

Septimus locus est, cum ostendemus teturum facinus, crudele,  
nefariū, tyrannicum esse, qđ genus iniuria mulierū, aut earū rerū 15  
aliquid, quarum rerum causa bella suscipiuntur, & cum hostibus  
de vita dimicatur.

Octauus locus est, quo ostendimus non vulgare, sed singulare  
esse maleficium, spurcum, nefarium, & inusitatum: quo maturius  
& atrocius vindicandum sit. 20

Nonus locus constat ex peccatorum comparatione quasi cum  
dicemus maius esse maleficū stuprare ingenuā q̄ sacrū lēdere, q̄  
alterū ppter egestatē, alterū ppter intēperantē superbiam fiat.

Decimus locus est per quē omnia quae in negocio gerendo acta  
sunt, quaeq̄ rem consequi solent, exponemus acriter & crīmīnose 25  
& diligenter, ut agi res, & geri negocium videatur rerum conse-  
quentium enumeratione.

Misericordia mouebitur.

**M**isericordia cōmouebitur auditorib⁹, si variā fortunaru cō-  
mutationē dicemus, si ostēdemus in qb⁹ cōmodis fuim⁹, &  
quib⁹ in incōmodis simus cōparatione. Sí quae nobis futura sint, 30  
nisi causam obtinuerimus, enumerabimus & ostēdem⁹. Si suppli-  
cabim⁹, & nos sub eoru, quorū misericordiā captabimus, potestatē  
subiisciēm⁹. Sí quid nostris parētib⁹ liberis, ceteris necessarijs casu-  
rum sit ppter nostras calamitates aperiem⁹, & simul ostēdem⁹, il-  
lortū nos solitudine & miseria, nō nostris incōmodis dolere. Sí de 35  
clemētia, humanitate, misericordia nostra, qua in alios vſi sumus,

i pteriemus. Si nos semper, aut diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrum fatum aut fortunam conqueremur. Si animum nostrum forte, patiente incommode ostendemus futurum. Considerationem breuem esse oportet. Nihil enim lachryma citius arescit.

5 Fere locos obscurissimos totius artificij tractauimus in hoc libro: quapropter huic volumini modus hic sit, reliquias praceptio-  
nes quoad videbitur in tertium librum transferemus. Haec si ut con-  
quisite conscripsimus, ita diligenter fueris consecutus, & nos in-  
dustriae fructus ex tua scientia capiemus, & tute nostram diligen-  
10 tiā laudabim, tuaque perceptione lataberis: tu sc̄ētior eris praece-  
ptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persoluēdum. Verum  
haec futura satis scio, te enim non ignoro: nos deinceps ad cetera  
pracepta transeamus, vt quod libentissime facinoris, tua voluntati rectissimam morem geramus.

15 COMMENTARIORVM RHETORIC.  
AD HEREN. LIBER TERTIVS.



D omnē iudicialē causam quēadmodū Dicenda & dicenda.  
20 cōueniret inuentionē rerū accōmodari,  
satis abundāter, vt arbitrī i sup' orib⁹  
libris demōstrati⁹ est. Nūc earū rationē  
rerū inueniēdarū, quę p̄tineat ad causas  
deliberatiuas & demōstratiuas, i hūc li-  
brū trāstulim⁹: vt oīs inueniēdi praece-  
ptio tibi q̄prīmū persolueret. Reliquæ  
25 quatuor partes erāt artificij. De tribus  
partib⁹ in hoc libro dicem⁹, dispositio-  
ne, p̄nunciatione, & memoria. De elocutione quia plura dicenda  
30 videbantur, in quarto libro conscribere maluim⁹: quē vt arbitror  
tibi librum celeriter absolutū mittemus, ne quid tibi rhetorice artis  
decessē possit. Interēa prima queq; & nobiscum cum voles, & inter-  
dum sine nobis legendo consequere, ne quid impediare, quin ad  
hanc vtilitatem pariter nobiscum progredi possis. Nūc tu fac  
35 vt attentum te præbeas, nos proficiſci ad instituta pergemus.

¶ De genere deliberatiuo,

c ij



Eliberationes partim sunt huiusmodi, ut quæatur vtrum potius faciendum sit: partim huiusmodi, ut quid potissimum faciendum sit, cōsideretur hoc modo. Vtrū potius Carthago tollenda, an relinquēda videatur. Quid potissimum, hoc pacto: ut si Annibal consultet cum ex Italia Carthaginem accersitur, an in Italia remaneat, an domum redeat, an in Ægyptum pfectus occupet Alexandriā. Itē deliberationes partim ipsæ ppter se cōsultandæ sunt, ut si deliberaret senatus captiuos ab hostibus redimat an non: partim ppter aliquam extraneam causam veniunt in deliberationē & cōsultationem, ut si deliberaret senatus bello Italico soluat ne legib⁹ Scipionem, ut eū liceat ante tēpus cōsulem fieri: partim & ppter se sunt deliberandæ, & magis propter extraneam causam veniunt in consultationē, ut si deliberaret senatus, bello Italico sociis ciuitatem det an non. In quibus causis rei natura faciet deliberationē, oīs rationes. Itē oratio ad ipsam rem accōmodabitur. In quibus extranea causa conficiet deliberationem, in his ipsa erit causa adaugenda aut deprimenda. Omnes rationes eorū qui sententiam dicent, finē sibi conuenient utilitatis pponere, ut omnis eo totius orationis ratio cōferatur.

#### Vtilitas.

Vtilitas in duas parteis in ciuili consultatione diuiditur, tutā, & honestā. Tuta est quæ cōficit instantis aut consequētis periculi vitationē qualibet ratione. Hec distribuit in vim, & dolum: quoꝝ alterū separatim, aut vtrū sumemus coniunctim.

#### Vis.

Vis discernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, reuocations hominum, & alias huiusmodi res.

#### Dolus.

Dolus consumit in pecuniā, pollūcitiones, dissimulatiōes, maturationes, mentitiones, & ceteras res, de quibus magis idoneo tempore loquemur, si quando de re militari, aut de administratio ne rei publicae scribere velimus.

#### Rectum.

Honesta res diuiditur in rectū, & laudabile. Rectum est qđ cū virtute & officio fit. Id diuiditur in prudentiā, iusticiā, fortitudine, modestiā. Prudētia est calliditas, quæ ratiōe quadā potest delectū habere bonorū & malorū. Dicit itē prudētia sciētia cuiusdā artificij: appellat itē prudētia multarū rerū memoria, & usus plurimū negotiorū. Iustitia est equitas ius vnicuique tribuēs p dignitate

#### Prudentia.

#### Iustitia.

30

35

- cuīusq. Fortitudo est rerū magnarū appetitio,& rerū humiliū cō  
téptio,& laboris cū vtilitatis ratione †perpēsio. Modestia est i ani  
mo cōtinēs moderatio cupiditatū. Prudētia partib⁹ vtetur in  
dīcēdo, si cōmoda cū incōmodis cōferemus,cū alterū sequi,alterū Fortitudo.  
Modestia.  
†perpēsio.  
Prudentia  
partes.
- vitari cohortabimur. Aut si qua in re cohortabimur aliqd,cui⁹ rei  
aliquā dīsciplinabilē sciētiā poterim⁹ habere,quo modo aut quicq;  
rōne qua fieri oporteat ostēdem⁹. Aut si suadebim⁹ quippiā,cui⁹  
rei geste aut præsentē aut auditā memoriā poterim⁹ habere,qua i  
in re facile id qđ velimus,exēplo,allato persuadere poterimus.
- Iustitia partibus vtetur,si aut innocētū,aut supplicū dicem⁹  
misereri oportere.Si ostēdem⁹ bene merētib⁹ gratiā referri cōueni Iustitia  
re.Si demōstrabim⁹ vlciscī male meritos oportere.Si fidē magno- partes.  
pere cēsebimus cōseruandā.Si leges & mores ciuitatis egregie dī  
cemus seruari oportere,Si societates atq; amicitias studiose dice-  
mus colī cōuenire.Si quod ius in parētes,deos,patriā natura com  
parauit,id religiose colēdum demonstrabimus.Si hospitiā,cliēte-  
las,cognitiones,affinitates caste colēdas esse dicemus. Si nec pre-  
cio,nec gratia,nec periculō,nec similitate a via recta ostendemus  
oportere deduci.Si dicem⁹ aequale ius in omīb⁹ statuī cōuenire.  
Hīs atq; huiusmodi partibus iustitiae,si quā rem in concione,aut  
in concilīo faciēdam esse cēsebimus,iustā esse ostēdemus,contra-  
rijs iniustam,Ita fiet vt eisdem locis ad suadendum,& ad dissua-  
dendum simus comparati.

Sí fortitudinis retinendæ causa faciendum quid esse dicemus,  
ostendemus res magnas & excelsas sequi & appeti oportere:& itē Fortitudi-  
nis.  
res humiles indignas viris fortib⁹ viros fortes ppteræa contēnere  
oportere,nec idoneas dignitate sua iudicare. Itē a nulla re hone-  
sta periculi aut laboris magnitudine deducī oportere:antiquiore  
morē turpitudine haberī,nullo dolore cogī vt ab officio recedaſ,  
nulli⁹ p rei veritate metuere inimicitias,quodlibet p patria,parē-  
tibus,hospitibus,amicis,& ijs rebus quas iustitia colere cogit,adi  
re periculū,& quēlibet suscipere laborem.

Modestię partib⁹ vtetur,si nimias libidines honoris,pecunie,  
similiūq; rerū vitupabim⁹.Si vnāquāq; rē certo naturę termino de Modestia  
finiem⁹.Si deniq; qđ cuiq; satis sit ostēdem⁹,& nimii p gredī dis- partes.  
suadebim⁹,& modū vnicuiq; rei statuem⁹,Huiusmodi partes sūt

virtutis amplificare si suadebimus, attenuandę si ab his dehortabimur, ut hęc attenuent q̄ supra demonstrauim. Nā nemo erit q̄ sentiat a virtute recedēdū: verū aut res huīusmodi nō dīcaſt esse, ut virtute possum⁹ egregiā expiri, aut i cōtrarijs poti⁹ reb⁹ q̄ i his virt⁹ cōstare ostēdat. Itē siquo pacto poterim⁹, quā is q̄ cōtradīcet iustitiā & vocarit, nos demonstrabim⁹ ignauiaſt esse & inertiam ac prauā libera-  
lità. Quā prudētiā appellariſt, ineptā & garrulā & odiosam scie-  
tiā esse dicem⁹. Quā ille modestiā dicit esse, eā nos inertiam & disso-  
lutā negligētiā dicem⁹. Quā ille fortitudinē nominariſt, eā nos gla-  
diatoriā & incōſideratā appellabimus temeritatem. 10

**Laudabile.** Laudabile est qđ cōſicit honestā & præſentē & cōſequētē cōme-  
morationē. Hoc nos eo a recto separauim⁹, nō q̄ haec quatuor par-  
tes q̄ subiſciunt sub vocabulo recti, hāc honestatis cōmemoratio-  
nem dare non soleant, ſed q̄q̄ ex recto laudabile nascatur, tamen in  
dicendo ſeorsum traſtandum eſt hoc ab illo. Neq̄ enim ſolum lau-  
dis cauſa rectum ſequi conuenit, ſed ſi laus cōſequitur duplīcatur  
recti appetendi voluntas. 15

Cū igīt erit demonstratiū rectū, laudabile eſſe demonstrabim⁹ aut  
abiſdoneis hoib⁹, ut ſi qua reſ honestiori ordinī placeat, q̄ a deterio-  
re ordinē iprobet, aut aliq̄b⁹ ſociijs, aut oib⁹ ciuiib⁹, exteris nationi-  
bus, posterisq̄ noſtris. Cū huīusmodi locoq̄ diuifio ſit i cōſultatio-  
ne, breuiter aperiēda eſt toti⁹ tractatio cauſe. Exordiri licebit vel a  
principio, vel ab inſinuatiōe, vel iſdē rationib⁹ qb⁹ in iudiciali cau-  
ſa. Si cui⁹ rei naſio incideret, eadē ratio ſe narrari oportebit. Qm̄ in  
huīusmodi cauſis finis eſt utilitas, & ea diuīdit i rationē tutā atq̄  
honestā, ſi vtrūq̄ poterim⁹ oſtēdere, vtrūq̄ pollicebimur nos i dicē-  
do demonſtraturos eſſe: ſin alterū demonstraturi erim⁹, ſimpliſciter  
qd̄ dīcturi ſum⁹ oſtēdem⁹. At ſi noſtrā rationē tutā eſſe dicemus,  
diuifione vtemur in vīm & cōſiliū. Nā qđ i docēdo rei dilucidan-  
dē cauſa dolū appellauim⁹, id i dicēdo honesti⁹ cōſiliū appellabim⁹.  
Si ratio ſi noſtrę ſentētiā rectā eſſe dicem⁹, & oēs partes recti  
incidēt, quadriperita diuifione vtemur: ſi nō ūcidēt, quot coꝝ tor  
exponem⁹ i dicēdo. In cōfirmatione & cōfutatione vtemur lo-  
cis, quos ante oſtēdim⁹ noſtris cōfirmādiſ, cōtrarijs cōfutādiſ. Ar-  
gumentationis artificioſe tractādē ratio de ſecūdo libro petet. Sed  
ſi acciderit ut i cōſultatiōe alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta  
30  
35  
33

sententia sit, ut in deliberatione eorum quae a Poenitentibus circumsessi deliberant  
 quid agant: qui turam rationem sequi suadet, his locis vtetur,  
 nullam rem utiliorum esse incolumentate: virtutibus utrū neminem  
 posse, qui suas rationes in tuto non collocari: nec deos quidem  
 esse auxilio iussi, qui se inconsulto in periculum mittat. Honestum  
 nihil oportere existimari, quod non salutem pariat. Qui tutæ rei  
 præponet rationem honestam, his locis vtetur: Virtutem nullo  
 tempore relinquendam, vel dolorem si sis timeatur, vel mortem si  
 ea formidetur, dedecore & infamia leuiorem esse: considerare quæ  
 sit turpitudo consecutura. At non immortalitatem, neque aeternam  
 incolumentem consequi, nec esse exploratum illo vitato periculo  
 nullum in aliud periculum venturos, virtute vel vltro ad mortem  
 proficiisci esse preclarum. Fortitudini fortunam quoque esse ad  
 iumento solere: eum tute vivere qui honeste vivat, non qui in pre-  
 sentia incolmis sit: & eum qui turpiter vivat, incolumem in per-  
 petuum esse non posse. Conclusionibus fere similibus in his &  
 iudicialibus causis utriusque solemus, nisi quod his maxime conductit quod plu-  
 rima rerum ante gestarum exempla proferre. Nunc ad demonstra-  
 tiuum genus causæ transeamus.

### De genere demonstratio.

Voniam hæc causa diuiditur in laudem & vi-  
 tuperationem, quibus ex rebus laudem consti-  
 tuerimus, ex contrariis rebus erit vituperatio  
 comparanda.

20 Laus igitur potest esse rerum externarum & cor-  
 poris & animi. Rerum externarum sunt ea quæ  
 casu aut fortuna secunda aut aduersa accidere possunt, ut genus,  
 educatio, diuitiae, potestates, gloriae, ciuitates, amicitiae, & ea quæ  
 his sunt contraria. Corporis sunt ea quæ natura corpori attri-  
 buit commoda aut incommoda, ut velocitas, vires, dignitas, vale-  
 tudo, & quæ contraria sunt. Animæ sunt ea quæ consilio & co-  
 gitatione nostra constant, ut prudentia, iustitia, fortitudo, mode-  
 stia, & quæ contraria sunt. Erit igitur hæc confirmatio confuta-  
 tioque nobis. In huiusmodi igitur causa principiū sumet aut a no-  
 stra, aut ab eius de quo loquemur, aut ab eorum qui audient per-  
 sona, aut ab re. A nostra, si laudabimus, dicemus aut officio fa-



cere, q̄ causa necessitudinē intercedat: aut studiō, q̄ eiusmodi vir  
tutis sit, vt om̄es cōmemorare debeāt velle: aut q̄ rectū sit, ex alio-  
laude ostēdere qualis ipsius vel noster animus sit.

**Vitupatio.** Si vituperabim⁹, aut merito facere q̄ ita tractatī sum⁹: aut stu-  
dio, q̄ utile putem⁹ esse, ab oīb⁹ vnicā malitiā, atq; nequitiā cognoscī: aut q̄ placeat ostēdi, qd nobis displiceat, ex aliorū vitupatione. 5

Ab ei⁹ psona de quo logmūr, si laudabim⁹, vererī nos dicem⁹, vt  
illī⁹ facta verbis cōseq̄ nō possim⁹, om̄es hoīes illī⁹ virtutes prēdi-  
care oportere, ipsa facta oīm laudatorū eloquētiā anteire. Sí vitupe-  
rabim⁹, ea quē videbim⁹ cōtraria paucis verbis cōmutatis dici pos-  
se, dicem⁹, vt paulo supra exēpli causa demonstratū est. 10

Ab auditorū psona, si laudabim⁹, qm̄ nihil noui, nihil apd igna-  
ros laudemus, nos monēdi caūsa pauca esse dicturos: aut si erunt  
ignari, vt talē virū velint cognoscere petem⁹, qm̄ in eodē virtutis  
studiō sint, apud quos laudem⁹, atq; ille qui laudat⁹ fuerit: sperare  
nos facile ijs, qb⁹ velim⁹, hui⁹ facta pbaturōs. Cōtraria vitupatio,  
qm̄ norint, pauca de negtia ei⁹ nos esse dicturos: q̄ si ignorēt, pete-  
mus vt cognoscāt, vti malitiām vitare possint, quoniā dissimiles  
sunt qui audiunt, atq; ille qui vituperatur, nos sperare illius vitā  
vehementer improbaturos. 20

Ab reb⁹ ipsiſ, icertū esse qd potissimū laudem⁹: vererī, nos ne cū  
multa dixerim⁹, plura prēteream⁹, & q̄ similes sentētias habebūt: q  
bus sentētis cōtraria sumunt a vitupatione. Prīcipio tractato, ali-  
qua harū, quas ante cōmemorauim⁹, rationū narratiō nō erit vlla,  
quē necessario cōsequat, sed si qua iciderit, cū aliquid factū ei⁹ de quo  
loquemur, nobis narrādū sit cū laude, aut vitupatiōe, pceptio nar-  
rādī de primo libro repetet. Dīuisiōe hac vtemur. Prīo exponem⁹  
quas res laudaturi sum⁹, aut vitupaturi. Deinde vt queq; quove tē  
pore res erit gesta, ordine dicem⁹, vt qd q̄q ture cauteq; egerit in-  
telligat. Sed exponere oportebit animi virtutes aut vitia. Deinde 30  
cōmoda, aut incōmoda corporis, aut rerū externarū, quomodo ab  
animō tractata sint, demonstrare.

**Vitē demō Brādgordo** Ordinē hūc adhibere in demōstrāda vita debem⁹. Ab externis  
reb⁹, gen⁹ in laude, qb⁹ maiorib⁹ natus sit: si bono genere, parē, aut  
excellētiorē fuisse: si huili genere, ipsum ī suis, nō in maiorū virtu-  
tibus habuisse præsidium. In vitupatione, si bono genere, dedecori 35

maioribus fuisse: si malo, tamē hīs ipsis detrimento fuisse,  
Educatio in laude, q̄ bene, honeste, in bonis disciplinis educat⁹ to  
ta pueritia: vel si in malis, inde se retraxit. In vituperatione ecōtrario.

A corporis commodis. A natura, si sit dignitas, atq; forma, lau-  
di fuisse eam, non quemadmodum ceteris detimento, atq; dede-  
cori. Si v̄ires atq; velocitas egregia, honestis hæc exercitationib⁹,  
& industrijs dicemus comparata. Si valetudo, ex ppetua diligetia,  
& tēperantia cupiditatum. In vituperatione, si erunt h̄ec corpo-  
ris commoda, male hīs v̄sum dicemus, quæ casu, & fortuna tanq; q  
10 libet gladiator habuerit. Si nō erūt, p̄ter formā, oīa ipsius culpa &  
intēperantia nō fuisse dicemus: Deinde reuertemur ad extraneas  
res, & in his animi virtutes, aut v̄tia quæ fuerint, cōsiderabimus.

Diuitiae an paupertas fuerit, & quæ potestates, quæ gloria, quæ  
amicitiae, quæ inimicitiae, & quid fortiter in inimicitijs gerendis  
15 fecerit, cuius causa suscepere it inimicitias, qua fide, benevolentia,  
officio gesserit amicitias. In diuitijs qualis, aut in paupertate cu-  
iūsnodi fuerit, quemadmodum habuerit in p̄oestatibus gerēdis  
animum. Si interierit, cuiusmodi mors fuerit, cuiusmodi res mor-  
tem eius sit cōsecuta. Ad omnes autem res, in quibus animus ho-  
20 minis maxime consideratur, ille quatuor animi virtutes erunt ac  
commodādæ, vt si laudemus, aliud iuste, aliud t̄modeste, aliud for-  
titer, aliud prudenter factum esse dicamus.

Si vituperabimus, aliud iuste, aliud ignave, aliud immodeste,  
aliud stulte factum esse dicemus. Perspicuum est iam nimirū ex hac  
25 dispositione, quēadmodū sit tractanda tripartita diuisio laudis, &  
vituperationis: si illud etiam assumpserimus, non necesse esse nos:  
omneis has partes in laudem, aut vituperationem transferre, pro-  
ptera q̄ s̄aepē non incidunt, aut ita tenuiter, vt non sint necessarie.  
Quapropter eas partes, q̄ firmissimæ v̄idebunt, legere oportebit.

30 Conclusionib⁹ breuib⁹ v̄temur, enumeratiōe ad exitū causæ, in  
ipsa causa crebras, & breueis amplificationes interponere oportet  
bit p̄ locos cōmunes. Nec hoc genus causæ eo q̄ raro accidat in vi-  
ta, negligētius cōsiderandum est. Neq; enī id qđ v̄ideri p̄t accide-  
re, vt faciendum sit aliquando, non oportet velle q̄ accōmodatissi-  
35 me posse facere. Et si separatim h̄ec causa minus s̄aepē tractat, at in  
iudicialibus, & in deliberatiuīs causis s̄aepē magna pars versant-

laudis, aut vituperationis. Quare in hoc quoque genere cause non nihil industrie conferendum putauimus.

Nunc absoluta nobis difficillima parte rhetorice, hoc est inuentione perpolita, atque ad omne cause genus accommodata, tēpus est ad ceteras partes orationis profici. Deinceps igit̄ de dispositioē dicem⁹. 5

### De Dispositione.



Voniam dispositio est, per quam illa quae inuenimus, in ordinē redigimus, ut certo quod loco pronuncietur, videndum est, cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat. Genera dispositioē sunt duo, unū ab institutione artis perfectū, alterum ad casum temporis accommodatum.

Ex institutione artis disponemus, cum sequemur eam praeceptioē, quam in primo libro exposuimus, hoc est. Ut utramque principio, narratione, divisione, confirmatione, confutacione, conclusione: & huc ordinē, quae admodum praeceptum est, ante in dīcēdo sequemur. Item ex institutione artis non modo totas causas per orationē, sed per singulas quoque argumentatiōes ptes disponemus, quae admodum in libro secundo docuimus, id est expositionem, rationē, confirmationem rationis, exhortationem, complexionem. Hac 20 igit̄ duplex dispositio est, una per orationes, altera per argumentationes, ab institutione artis profecta.

Est autē & alia dispositio, q̄ cum ab ordine artificioso recedendum est, oratoris iudicio ad tēpus accommodat: ut si a narratiōe dicere incipiāmus, aut ab aliqua firmissima argumentatione, aut aliterum aliquarum recitatione, aut si secundum principium confirmatione utamur, deinde narratione, aut si quā huiusmodi p̄mutationem ordinis faciamus: quorum nihil, nisi causa postulet, fieri oportebit. Nam si vehementer aures auditorū obtuse videbūtur, atque animi defatigati ab aduersarijs multitudine verborū, cōmode poterimus principio supsedere, & exordiri causam, aut a narratione, aut ab aliqua firma argumentatione. Deinde si commodū erit, q̄ non semper necesse est, ad principij sententiam reuertī licebit. Si causa nostra magnam difficultatē videbitur habere, ut nemo aequo animo principium possit audire, a narratione cum incepimus, ad principij sententiam reuertamur licebit.

Si narratio parum probabilis est, exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His commutationibus, & translationibus partiū tuū utriusque necessere est, cum ipsa res artificiosam dispositionem artificiose commutare cogit. In confirmatione, & confutatione argumentationū dispositions huiusmodi conuenit habere, firmissimas argumentationes in primis, & postremis cause partibus collocare: mediocres, & neque inutiles ad dicendum, neque necessarias ad probandum, quae si separatim, ac singulē dicantur, infirmæ sint, cum ceteris coniunctæ, firmæ & probabiles fiunt, interponi & in medio collocari oportet. Nam statim re narrata expectat animus auditoris, ex qua re causa confirmari possit, quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniā nuperrime dictum facile memoriae mandatur, utile est, cum dicere desinamus, recentem aliquam relinquare in animis auditorum bene firmam argumentationem. Haec dispositio locorum, tanq; instructio militum, facilis in dicendo, sicut illa in pugnando, parere victoriā poterit.

## De Pronunciatione.

**P**ronunciationem multi maxime oratori utili dixerunt esse, & ad persuadendum plurimum valere. Nos qdem unum de quinq; rebus plurimis posse, non facile dixerimus, nec egregie magnam esse utilitatē in pronunciatione sola audacter confirmaverimus. Nam commodae inventiones, & concinnæ verborū elocutiones, & partium cause artificiosæ dispositions, & horum omnium diligens memoria sine pronunciatione, non plus quam sine his rebus pronunciation sola valere poterit. Quare & quia nemo de ea re diligenter scripsit, nam omnes vix posse putarunt de voce, & vultu, gestu, dilucide scribi, cum haec res ad sensus nostros pertineret, & quia magnopere ea pars a nobis ad dicendum comparanda est, non negligenter videtur tota res considerand.

Diuidit igit; pronunciatione in vocis figurā, & corporis motū. Figura vocis est ea quae suū quendam possidet habitū ratione & industria communitate. Ea diuidit in treis partes, magnitudinem, firmitudinem, molitatem. Magnitudinem vocis maxime communitate natura, non nihil haec auget, sed maxime cura conservat. Firmitudinem vocis maxime natura communitate, non nihil adauget, & maxime conservat exercitatio declinationis. Molitatem vocis, hoc est ut ea torqueat per modo possim, maxime faciet.

Figura vocis.

exercitatio declamationis. Quapropter de magnitudine vocis, & firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera cura comparatur, nihil nos attinet commonere, nisi ut ab ipsis, qui non inscijs sunt eius artificij ratio curandae vocis peratur. De ea parte firmitudinis, quae conseruatur ratione declamationis, & de molitudine vocis, quae maxime necessaria est oratori, quoniam ea quoque moderatione declamationis coequalatur, dicendum videtur.

**Firmitudo vocis.** Firmam maxime poterimus in dicendo vocem conseruare, si quam maxime sedata, & depressa voce principia dicemus. Nam laeduntur arteriae, si antequam vox bene permulsa est, acriter clamore compleantur. Et interuallis longioribus utri conueniet. Recreatur enim spiritu vox & arteriae reticendo acquiescunt. Et continuum clamorem omittere, & ad sermonem transfire oportet. (Commutationes enim faciunt, ut nullo genere vocis effuso, in omni voce integrum simus) & acutas vocis exclamations vitare. Itus enim fit, &

**† vulneratur.** † vulnus arteriae acuta atque attenuata nimis acclamacione, & si quis splendor est vocis, consumitur uno clamore vniuersus. Et uno spiritu continenter multa dicere, in extrema conuenit oratione. Fauces enim calefunt, & arteriae complentur, & vox quae varie tractata est, reducitur in quandam sonum æquabilem atque constantem. Sæpe rerum naturæ gratia quedam iure debetur, velut accidit in hac re. Nam quod dicimus ad vocem conservandam prodesse, idem ad suavitatem pronunciationis: ut quod nostræ voci proficit, idem voluptate auditoris pabetur. Utile est ad firmitudinem vocis sedata vox in principio. Quid insuauius, quam clamor in exordio cause? Interualla vocis confirmat, eadem sententias concinniores divisione reddunt, & auditori spatiū cogitadi relinquent. Conseruat vocis continuus clamoris remissio. Et auditorem quidem varietas maxime delectat, cum sermone animum eius retinet, & exuscitat clamore. Acuta exclamatio vocem, & fauces vulnerat, eadem laedit auditorem. Habet enim quiddam illiberale, & ad mulierem potius vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dico accommodatum. In extrema oratione continua vox remedio est voci. Quid haec eadem, nonne animus vehementissime calefacit auditoris in totius conclusione cause? Quoniā igit res eadem vocis firmitudini, & pronunciationis suavitati prosunt, de utraque re simile erit in plenitate

dictum, de firmitudine, quæ visa sunt, & de suauitate, quæ coniuncta fuerunt: cætera suo loco post dicemus.

Mollitudo igitur vocis, quoniam omnis ad rhetoris preceptio  
nem pertinet, diligentius nobis consideranda est: eam diuidimus  
in sermonem, contentionem, & amplificationem.

Sermo est oratio remissa, & finitima quotidiana locutioni. Sermo.

Contentio est oratio acris, & ad confirmandum, & confutandum accommodata. Contentio.

Amplificatio est oratio, quæ aut ad iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. Amplificatio.

Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatem, demonstracionem, narrationem, iocationem.

Dignitas est oratio cum aliqua grauitate, & vocis remissione.

Demonstratio est, oratio quæ docet remissa voce quo modo quid fieri potuerit, aut non potuerit.

Narratio est rerum gestarum, aut perinde ac gestarum expositio.

Iocatio est oratio, quæ ex aliqua re risum pudentem, & liberalē potest comparare.

Contentio diuiditur in continuationem, & distributionem.

Continuatio est orationis enuncianda acceleratio clamosa.

Distributio est in contentione oratio frequens cum rarissimis & brevibus interuallis acris vociferatione.

Amplificatio diuiditur in cohortationem, & conquestionem.

Cohortatio est oratio, quæ aliquid peccatum amplificans, auditorem ad iracundiam adducit.

Conquestio est oratio, quæ incommodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit.

Quoniam igitur mollitudo vocis in treis partes diuisa est, & haec ipsæ partes sunt in octo partes alias distributæ, harum octo partium, quæ cuiuscumque idonea pronunciatio sit, demonstrandū videtur.

Sermo cum est in dignitate, plenis faucibus q̄ sedatissima & de pressissima voce ut conueniet, ita tamen ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus.

Cum autem est in demonstratione, voce paululum attenuata, crebris interuallis, & divisionibus oportet ut, ut ipsa pronunciatione eas res quas demonstrabimus, inserere, atque interficere videamus

in animis auditorū. Cū autē est sermo in narratione, vocū varietate opus est, ut quoq; pactū gestū sit, ita narrari videat. Strenue qd̄ volumus ostēdere factū, celeriuscule dicem⁹, at aliud ociose re-  
**thilarifer.** tardabimus. Deinde modo acriter, tū clementer, mox tū hilare in oēs partes cōmutabim⁹, ut verba, ita pñnūciationē. Siqua inciderit in narratione dicta, rogata, respōsa, siq; admirationes, de ḡbus nos narrabimus, diligenter aſaduertem⁹, ut oīm personarū sensus, atq; animos voce exprimamus. Sín erit sermo in iecatione, leniter tre-  
**adaugere.** mebunda voce cum parua significatiōne r̄isus, sine vlla suspitione nimiæ cachinnationis, leniter oportebit a sermone serio torque-  
 re ad liberalem iocum vocem. Cum autem contendere oportebit, quoniam id aut per continuationem, aut per distributionem facie-  
 dum est, in cōtinuationē ad aucto mediocriter sono vocis, verbis cō-  
 tinuādīs, vocē quoq; tūngere oportebit, & torquere sonum, & ce-  
 leriter cum clamore verba conficeret, ut vīm volubilem orationis vociferatio consequi possit. In distributione vocem ab imis fauci-  
 bus exclamatiōne q̄ clarissima adhibere oportet, & quantum spa-  
 tij per singulas exclamatiōnes sumperim⁹, tantum inter singula interualla spatijs consumere iubemur. In amplificationibus, cum cohortatiōne vtēmur voce attenuatissima, clamore leni, sono æqua-  
 bili, commutationibus crebris, maxima celeritate. In conquestio-  
 ne vtēmur voce depressa, inclinato sono, crebris interuallis, longis spatijs, magnis cōmutationibus. De figura vocis satis dictum est, nunc de corporis motu dicendum videtur.

**Motus cor-  
poris.**

**M**otus est corporis gestus, & vultus moderatio qdā, quæ pro-  
 nunciatiōni conuenit, & probabilita reddit ea, q̄ pñnciant. Cō-  
 uenit igit̄ in vultu pudorē, & acrīmoniā esse. In gestu nec venu-  
 statē cōspicuam, nec turpitudinem esse, ne aut histriones, aut ope-  
 rarij videamur esse. Ad easdē igit̄ partes, in quas vox est distri-  
 buta, motus quoq; corporis ratio videtur esse accōmodāda. Nam  
 si erit sermo cum dignitate, stantes in vestigio, leni dexterē motu  
 loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate vultus ad sermo-  
 nis sentētias accommodata. Sin erit in demōstratione sermo, pau-  
 lulum corpus a ceruicibus demitterem⁹. Nam hoc est a natura da-  
 rum, ut q̄ proxime tum vultum admoueam⁹ ad auditores, si quā  
 rem docere eos, & vehementer instigare velimus. Sin erit in nar-

1 ratione sermo, idem motus poterit idoneus esse, q paulo autem demon-  
strabatur in dignitate. Sin in locatione, vultu quaedam debemus hi-  
laritatē significare sine cōmutatione gestus. Sin cōrēdemus p con-  
tinuationē, brachio celeri, mobilis vultu, acris aspectu vtemur. Sin  
5 contentio flet per distributionem, celeri porrectione brachij, in am-  
bulatione, pedis dextrī rata supplosione, acris & defixo aspectu ut  
oportet. Sin vtemur amplificatiōe p cohortationē, paulo tardiore  
& cōsideratiōre gestu cōueniet ut, similib⁹ ceteris reb⁹, atq; in cō-  
tērione p cōtinuationē. Sin vtemur amplificatiōe p conqſtione,  
10 foemineo plāgore, & capitīs iētu, nonnūq; sedato & constatī gestu,  
mōsto & cōturbato vultu ut oportebit. Nō sum nescius, quātū  
suscepimus negocij, q motus corporis exprimere verbis, & imitarj  
scriptura conatus sim voces. Verū nec hoc cōfisus posse fieri, ut  
de his rebus sat is commode scribī posset: nec si id fieri non posset,  
15 hoc quod feci, fore iūtile putabam, propterea q hīc admonere vo-  
luimus quid oporteret, reliqua trademus exercitationi. Hoc scire  
tamen oportet, pronunciationem bonam id perficere, ut res ex ani-  
mo agi videatur. Nunc ad thesaurum inuentorum, atq; omniū  
partium rhetoricae custodem memoriam transeamus.

## De Memoria.

20 **M**emoria vtrum habeat quiddam artificij, an omnīs a natu<sup>a</sup> Memoria:  
ra proficiuntur, aliud dīcendī tempus magis idoneum da-  
bitur. Nunc perinde atq; constet in hac re multum valere artem,  
& præceptionem, ita de ea re loquemur. Placet enim nobis esse ar-  
25 tificium memoriae: quare placeat, alias ostendemus, in præsentia  
cuiusmodi sit ea, aperiemus. Sunt igitur duas memoriae, una na-  
turalis, altera artificiosa. Naturalis est ea, quæ nostris animis in-  
sita est, & simul cum cogitatione nata. Artificiosa est ea, quam in  
confirmat inductio quaedam, & ratio præceptionis. Sed quia in  
30 ceteris rebus ingenij bonitas imitatur saepe doctrinam, ars por-  
ro naturae commoda confirmat, & auget, ita fit in hac re ut non  
nunq; naturalis memoria, si cui data est egregia, similis sit huic  
artificiosæ. Porro haec artificiosa, naturae commoda retinet, &  
amplificat ratione doctrinæ.

35 Quipropter & naturalis memoria præceptione confirmanda  
est, ut sit egregia, & haec quæ doctrina datur, indiget ingenij.

Natural's.  
Artificiosa.

Nec hoc magis, aut minus in hac re, quod in ceteris artibus fit, ut in ingenio, doctrina, præceptione, natura nitescat. Quare & illis, qui natura memores sunt, utilis hec erit institutio, quod tute paulo post poteris intelligere: & si illi freti ingenio nostra præceptione non indigerent, tamen iusta causa daretur, quare ijs, qui minus ingenij

**Artificiosa.** habet, adiumento velim esse. Nuc de artificiosa memoria loquimur.

**Loci.**

Constat igitur artificiosa memoria ex locis, & imaginibus. Locos appellamus eos, qui breuiter, perfecte, insignite, aut natura, aut manu sunt absoluti, ut eos facile naturali memoria comprehendere posse, & amplecti queamus, ut aedes, intercolumnium, angulum, fornacem, & alia, quae his similia sunt. Imagines sunt formæ quædam, & notæ, & simulacra eius rei, quam meminisse volumus, quod genus equi, leones, aquilæ. Quorum memoriam si volemus habere, imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit. Nunc cuiusmodi locos inuenire, & quo pacto reperire, & in locis imagines contituere oporteat, ostendemus. Quicadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id quod dictum est, scribere, & recitare quod scripsierunt, ita qui Mnemonica didicerunt, possunt quæ audierunt in locis collocare, & ex his memoriter pronunciare. Loci enim cere aut chartæ simillimi sunt, imagines literis: dispositio & collocatio imaginum, scripturarum: pronunciatio, lectio.

Oportet igitur, si volumus multa meminisse, multos nobis locos comparare, ut in multis locis multas imagines collocare possimus. Item putamus oportere ex ordine hos locos habere, ne quando perturbatione ordinis impediatur, quo secius quanto quoque loco licebit, vel a superiori, vel ab inferiore, vel ab media parte imagines sequi, ea quæ mandata locis erunt, sedere, & proferre possimus. Nam ut si in ordine stantes notos complures viderimus, nihil nostra intersit, utrum a summo, an ab imo, an ab medio nominata eorum dicere incipiamus: item in locis ex ordine collocatis evenient, ut in quamlibet partem quanto quoque loco libebit, imaginibꝫ commoniti dicere possimus id quod locis mandauerimus.

\*videre.

Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpti comedit apserimus, egregie commenditer, notare oportebit, ut perpetuo nobis hærente possint. Nam imagines, sicut literæ delentur, ubi nihil illis vtimur: loci tanqꝫ cera remanere debent. Et ne forte in nu-

mero locorum falli possimus, quíntum quēq; locum placet notari: quod genus, si in quinto loco manum auream collocemus, & si in decimo aliquem notum, cui prænomen sit Decimo: deinde facile erit similes notas quínto quoq; loco collocare.

Item commodius est in derelicta, q; in celebrí regíone locos cōparare, propterea q; frequentia, & obambulatio hominum conturbat, & infirmat imágínum notas. Solitudo conseruat integras simulacrum figuræ. Præterea dissimiles forma atq; natura loci cōparandi sunt, vt distincte interlucere possint. Nam si quis multa intercolumnia sumperit, conturbabitur similitudine locorum, vt ignoret quid in quoq; loco collocarit. Et magnitudine modica, & mediocres locos haberi oportet. Nam & præter modum ampli vias imágines reddunt, & nímis angusti sape non videntur posse capere imágínum collocationem. Tum nec nímis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut obcaecentur tenebris imágines, aut splendore p̄fuleant. Interualla locorū medio crio esse placet fere paulo plus, aut minus pedum tricenum: nam vt aspectus, ita cogitatio mīn⁹ valet, siue nímis procul remoueris, siue vehementer prope admoueris id quod oportet videri. Sed q;q facile est ei, qui paulo plura explorauerit, q;uis multos, & idoneos locos comparare, tamen si quis ad ista satis idoneos inuenire se nō putabit, ipse sibi cōstituat q; volet multos licebit. Cogitatio enim, quāvis regionem potest amplecti, & in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari, & architectari. Quare licebit, si hac prō pta copia contenti non erimus, nosmetipso cogitatione nostra regionem constituere, & idoneorum locorum commodissimam distinctionem comparare. De locis satis dictum est, nūc ad imágini rationem transeamus.

Quoniam ergo rerum similes imágines esse oportet, & ex omnibus verbis notas nobis similitudines elígere debemus, duplices similitudines esse debent, vna rerum, alteræ verborum. Rerum similitudines exprimitur, cum summatim ipsorum negotiorum imágines comparamus. Verborum similitudines constituuntur, cum vniuersali nominis, & vocabulī memoria imágine notaē. Rei totius memoriam saepe vna nota, & imágine simplici cōprehēdimus, hoc modo. Ut si accusator dixerit ab reo hominem vene-

no necatum, & hæreditatís causa factum arguerit, & eius reí multos dixerit testes, & cōscios esse. Si hoc primum, vt ad defendēdū nobis expedítum sit, memínisse volemus, in primo loco reí totius imáginē cōformabimus, ægrotū in lecto cubatē faciem⁹ ipsum illū de quo agit, si formā eius detenebim⁹: si eū nō agnouerim⁹, aliquid egrotū nō de minimo loco sumemus, vt cito in mētem venire possit, & reum ad lectū eius adſituemus, dextra poculum, ſinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenentem. Hoc modo & testū, & hæreditatís, & veneno necati memoriam habere poterimus. Itē deinceps cætera crímīna ex ordine in locis ponemus, & quotiescunq; rem memínisse volemus, si formarum dispositiōne, & imágini nū diligentí notatione vtemur, facile ea que volemus, memoria cōficiamur. Cum verborū ſimilitudines imáginibus exprimere volemus, plus negocij ſuscipiemus, & magis ingenīu nostrū exercebimus: id nos hoc modo facere oportebit. Iam domī vltionē reges Atridē parāt. In loco cōſtituere oportet manus ad cælū tollentem Domitiū, cū a regibus Martijs loris cædat. Hoc erit, Iā domī vltione reges. In altero loco Æſopū & Cimbrū subornari, vt ad Iphigeniam, Agamēnonem, & Menelaū. Hoc erit, Atridē parāt. Hoc modo ſia verba erūt exp̄ſſa. Sed hec imáginū cōformatiō tū valet, si naturalē memorīa exuſcitauerimus hac notatione, vt versu posito, ipſi nobiscū primū tr. inseamus bis, aut ter eū versum, deinde cū imáginibus verba exprimamus. Hoc modo nature ſuppeditabit doctrina, nā vtraq; altera separata minus erit firma, ita tamen vt multo plus in doctrina, atq; arte præſidijs sit. Quod docere non grauaremur, ni metueremus, ne cum ab iſtituto noſtro recessiſſemus, nimis cōmode ſeruaret haec dilucida breuitas p̄ceptionis. Nunc, qm̄ ſolet accidere, vt imágines partim firmę, & ad monendum idoneę ſint, partim imbecilles & infirmæ, qua vix memoriam poſſint exercitare, qua de cauſa vtrūq; fiat, conſiderandum eſt, vt cognita cauſa, quas vitemus, & quas ſequamur imágines, ſcire poſſimus.

Docet igit nos ipa natura, qd oporteat fieri: nā ſi quas res in vita videmus paruas, vſitatas, quotidianas, eas memínisse non ſolemus, propterea q nulla niſi noua, aut admirabili re cōmouet animus: at ſi qd videmus, aut audimus egregie turpe, aut honestum, inuſitatum, magnum, incredibile, ridiculum, id diu meminisse cō-

i suciuntur. At quod recens audiūimus obliūiscimur plerūq; quē acciderūt in pueritia, meminim⁹ optime sēpe, nec hoc alia de causa potest accidere, nīsi q; vſitat̄ res facile e memoria elabunt̄, insig-  
nēs & nouē diutius in animo manēt. Solis exort⁹, cursus, occasus  
5 nemo admirat̄, ppterēa q; quotidie fiunt, at eclipses solis mirant̄,  
quia raro accidunt, & solis eclipses magis mirant̄ q; lune, propter-  
ea q; hē crebriores sunt. Docet ergo se natura vulgari, & vſitata re non exuscitari, nouitatem vero, & insigni quodā negocio cōmoue-  
rī. Imitetur igit̄ ars naturā, & qđ ea desiderat, iñueniat; qđ ostendit, sequatur. Nihil est enim quod aut natura extremū iñuenerit,  
10 aut doctrina primū, sed rerū principia ab ingenio profecta sunt, &  
exitus disciplina comparātur. Imagines igit̄ nos in eo genere cō-  
stituere oportebit, quod genus manere in memoria diutissime po-  
test: id accidet, si q; maxime notas similitudines cōstituemus, si nō  
15 multas, nec vagas sed aliquid notum agentes imagines ponemus,  
si egregiam pulchritudinem, aut vnicam turpitudinem eis attri-  
buemus, si aliqua re exornabim⁹, vt si coronis aut veste purpurea,  
quo nobis notior sit similitudo, aut siq; re deformabim⁹, vt si crue-  
tam, aut coeno oblītam, aut rubrica delibutā inducamus, quo ma-  
20 gis insignita sit forma, aut si ridiculas res aliquas imaginibus attri-  
buamus. Nam ea res quoq; faciet, vt facilius meminisse possimus.  
Nam quas res veras facile meminimus, easdem fictas, & diligenter  
notatas meminisse nō est difficile. Sed illud facere oportebit, vt idē  
25 t̄dem primos quosq; locos imaginum renouandarum causa cele-  
riter animo pcurramus. Scio plerosq; grecos, qui de memoria scri-  
perunt, fecisse, vt multorum verborum imagines conscribe-  
rent, yti qui eas ediscerent, paratas habent, ne quid inqui-  
rendo consumerent operæ, quorum rationem aliquot de causis  
improbamus. Primum q; in verborum innumerabilium mul-  
30 titudine ridiculum sit mille verborum imagines comparare.

Quantulum enim poterunt hæc valere, cum ex infinita verbo-  
rum copia, modo aliud, modo aliud nos verbum meminisse  
oportebit?

Deinde, cur volumus ab industria quēq; remouere, vt ne qđ ipse  
35 qrat, cū nos illi oīa parata, q̄sitaq; tradamus? Ppterēa similitudine  
alia alius magis cōmouet. Nā vt sēpe, formā si quā simile cuipiam

Ille quas  
res āte ora  
videm⁹ aut  
audimus.

Ars imitat̄  
naturam.  
iñueniet  
si qđ ostendit  
sequat̄.

dixerimus esse, non omnes habemus assensores, q̄ alij videntur aliud, ita fit in imaginib⁹, vt quæ nobis diligenter notę sint, ex pa-  
rum videantur insignes alij. Quare sibi quēq; suo commodo con-  
uenit imagines comparare. Postremo præceptoris est docere, quē  
admodum queri quicq; cōueniat, & vnum aliquid, aut alterum,  
non omnia quæ eius generis erunt, exempli causa subiçere, quo  
res possit esse dilucidior. Vt cum de procemijs querendis dispu-  
tamus, rationem damus querendi, non mille procemiorum gene-  
ra conscribimus, ita arbitramur de imaginib⁹ fieri conuenire.

**Memoria  
verbōrū.**

Nunc ne forte verborum memoriam, aut nimirū difficultem, aut  
parum utilem arbitreris, & ipsarum memoria rerum cōtentus sis,  
q̄ & utiliores sint, & plus habeant facilitatis, admonendus es, qua-  
re verborum memoriam non improbemus. Nam putamus opor-  
tere eos, qui velint res faciliores sine labore & molestia facile memi-  
nisce, in rebus difficultioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc  
verborum memoriam inducim⁹, vt versus meminisse possimus,  
sed vt hac exercitatione illa rerum memoria, quæ pertinet ad uti-  
litatem, confirmetur: vt ab hac difficulti confuetudine sine labore  
ad illam faciliterem transire possimus. Sed cum in omni discipli-  
na infirma est artis præceptio sine summa assiduitate exercitatio-  
nis, tum vero in Mnemonicis minimum valet doctrina, nisi indu-  
stria, studio, labore, diligentia comprobetur. Q̄ plurimos locos vt  
habeas, & q̄ maxime ad præcepta accommodatos, curare debebis.  
In imaginib⁹ collocandis exerceri quotidie cōueniet. Non enim,  
sicut a cæteris studijs abducim⁹ nonnunq; occupatione, ita ab  
hac re nos potest causa deducere aliqua. Nunq; est enim, quin ali-  
quid memoriaz tradere velimus, & tum maxime, cum aliquo ma-  
iore negocio detinemur. Quare, cum sit utile facile meminisse, non  
te fallit, quod tantopere utile sit, quanto labore sit appetendum,  
quod poteris existimare utilitate cognita. Pluribus verbis ad eam

**Faut tu no-  
n̄tio, aut  
nos tuo stu-  
dio diffide-  
re.**

te adhortari non est sententia, ne f̄ aut tuo studio diffisi, aut mi-  
nus q̄ res postulat, dixisse videamur. De quinta parte rhetorice de-  
inceps dicemus, tu primas quasq; partes in animo frequenta, & qd  
maxime necesse est, exercitatione confirma.

COMMENTARIORVM RHETORICORVM  
AD C. HERENNIVM. LIBER. III.



VOniam in hoc libro C. Herenpi de elocutione conscripsimus, & quibus in rebus opus fuit exemplis vti, nostris ex amplis vni sumus, & id fecimus prater cōfuetudinem Græcorum, qui de hac rescripserunt: necessario faciendum est, ut paucis rationem nostrī consiliū demus. Atq; hoc nos necessitudine facere, non studio sati signi, q; in superioribus librīs nihil, neq; ante rem, neq; prēter rem locuti sumus. Nunc, si pauca, quæ res postulat, dixerimus, tibi id quod reliquum est artis, ita uti, instituimus, personuemus. Sed facilius nostram rationem intelliges, si prius quid illi dicant, cognoueris.

Compluribus de causis putant oportere, cum ipsi præceperint quo pacto oporteat ornare elocutionem, vniuersitatemq; generis ab Oratore, aut Poeta probato sumptum ponere exemplū. Et primū se id modestia commotos facere dicunt, propterea q; videatur esse ostentatio quædam, nō sati habere præcipere de artificio, sed etiā ipsos videri velle artificiose gignere exempla: hoc est iniquum ostetare se, nō artem ostendere. Quare pudor in primis est ad eam rem impedimento, ne nos solos probare, nos amare, alios cōtemnere, & deridere videamur. Etenim cum possimus ab Ennio sumptum aut a Gracco ponere exemplum, videtur esse arrogantia, illa relinquere, & ad sua deuenire. Præterea, exempla testimoniorum locum obtinent. Id enim quod admonuerit, & leviter fecerit preceptio, exemplo, sicut testimonio comprobatur. Nōne igitur ridiculus sit, si quis in līte, aut in iudicio domestico testimonio pugnet, & sui ipsius testimonio abutatur? Ut enim testimonium, sic exemplum rei cōfirmandæ causa sumitur. Non ergo oportet hoc, nisi a probatissimo sumi, ne quod aliud cōfirmare debeat, egeat ipsum cōfirmationis. Etenim necesse est, aut se omnibus anteponant, & sua maxime pbent, aut negent optima esse exempla, quæ a probatissimis oratoribus, aut poetis sumpta sunt. Si se omnibus anteponant, in-

Exempla  
vnde pes  
tenda.

tolerabilis arrogantia sunt: si quos sibi præponant, & eorum exemplis  
 plausu non possunt dicere, quare  
 sibi illos anteponant. Quid igitur ipsa auctoritas antiquorum?  
 Nam cum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum  
 alacriora reddit, immo erigit omnium cupiditates. Et acutus indu-  
 striam, cum spes injecta est posse imitando Gracchi aut Crassi co-  
 sequi facultatem. Postremo hoc ipsum summum est artificium, res va-  
 rias, & disperas in tot poematis, & orationibus sparsas, & vage dis-  
 iectas, ita diligenter eligere. Ut uniusquodque genus exemplorum sub  
 singulos artis locos subiicere possit. Hoc si industria solu fieri pos-  
 set, tamen essemus laudandis, cum talem laborem non fugissimus:  
 nunc vero sine summo artificio non potest fieri. Quis est enim qui  
 cum non summe teneat artem, possit ea quae iubeat ars, de tanta, &  
 tam diffusa scriptura notare, & separare? Ceteri, cum legunt oratio-  
 nes bonas, aut poemata, probant oratores, & poetas, neque intelligunt  
 quare cōmōti p̄bent, q̄ scire non possunt ubi sit, nec quid sit, nec  
 quomodo factū sit id quod eos maxime delectet. At is qui & hæc  
 oīa intelligit, & idonea maxime eligit, & oīa in arte maxime scribē-  
 da, redigit in singulas rationes p̄ceptionis, necesse est eius rei sum-  
 mus artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est, ¶ in arte sua  
 posse & alienis exemplis uti. Hec illi cū dicunt, magis nos auctorita-  
 te sua cōmouent, q̄ veritate disputatiōis. Illud enī veremur, ne cui  
 sati sit ad contrariā rationē p̄bandā, q̄ ab ea steterint iī, qui & in  
 uentores huius artificij fuerunt, & vetustate iam sati oībus pro-  
 batū sunt. Qz si illorū auctoritate remota res oīs volent cum re cō-  
 parare, intelligent non oīa esse concedenda antiquitati. Primum igitur  
 quod ab eis de modestia dicitur, videamus ne nimis inutiliter, &  
 pueriliter p̄ferat. Nam si tacere, & nihil scribere modestia est, cur  
 quicq̄ scribunt, aut loquuntur? Sin aliqd suū scribunt, cur quo se-  
 cius oīa scribant, impediunt modestia? Quasi si quis ad Olympiā cū  
 venerit cursum, & steterit ut mittatur, impudētēs dicat esse illos,  
 qui currere cōperint, ipse intra carcerem stet, & narreret alijs quo-  
 modo Ladas aut Boīus cum Sicyonijs cursitarint. Sic isti, cum in  
 artis curriculum descenderunt: illos qui in eo quod est artificij, elaborent,  
 aut facere inmodeste: ipsi aliquem antiquum oratorem, 35  
 aut poetam laudant, aut scripturam, sic ut in stadium rhetorice ar-

¶ pro.

tis prodire nō audeat. Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne qua  
in re laudē modestię venentur, in ea ipsa re sint impudentes. Quid  
enim tibi vīs alius inquiet? artem tuam scribis, gignis nobis no  
tas prēceptiones, eas ipse confirmare nō potes, ab alijs exempla su  
mis: vide ne facias impudenter, qui tuo nominī velis ex aliorū la  
boribus libare laudem. Nam si eorum volumina præhenderint an  
tiqui oratores, & poetæ, & suum quisq; de librīs suis tulerit, nihil  
istis quod suum velint, relinquetur. At exempla, quoniam testimoni  
orum similia sunt, item conuenit ut testimonia ab hominibus  
probatisimis sumi. Primum omnium exempla ponuntur hic nō  
confirmandi, neq; testificandi causa, sed demonstrandi. Non enim  
cum dicimus esse exhortationem, quæ verbi causa constet ex simili  
ter definitib; verbis, & ponimus hoc exemplum a Crasso, qd possu  
mus, & debemus, testimoniorum collocamus, sed exemplum.

Hoc igit interest inter exēplū, & testimoniū. Exēplo demonstrat id qd dicimus cuiusmodi sit. Testimonio esse illud ita ut nos dicimus, cōfirmat. Prēterea oportet testimoniū cum re cōuenire, aliter enī rem nō pōt confirmare: at id qd illi faciūt, cum re nō cōuenit.

Quid ita? quia pollicent se artēscribere, & expla pferunt ab ijs ple  
rūq; qui artē nescierunt. Tum quis est qui possit id qd de arte scri  
pserit, & probare, nisi aliqd scribat ex arte? Cōtraq; faciunt, q; polli  
ceri vident: nā cū scribere artē instaurūt, vident dīcere se excogitas  
se qd alias docerēt: cum vero scribūt, ostendunt nobis quid alijs ex  
cogitarint. At hoc ipsum difficile est, iniquiunt, eligere de multis.

Quid dicitis difficile? vtrum laboriosum, an artificiosum? Si labo  
riosum, nō statim p̄clarū. Sunt enī multa laboriosa, quæ si faciatis,  
nō continuo gloriemini. Nisi forte etiā si vestra manu fabulas, aut  
orationes totas trāscriptissimas, gloriosum putaretis. Sī aut̄ istud  
artificium egregiū dicitis, videte ne insueti rerū maiorū videami  
ni, si vos parua res, sicuti magna delectat. Nam isto modo eligere

rūdis quidem nemo potest, sed sine summo artificio multi. Quis  
quis enim audierit de arte paulo plus, in elocutione præfertim,  
omnia vider poterit quæ ex arte dīcētur: facere nemo poterit, nī  
si cruditus. Ita ut si de tragedijs Ennijs velis sentētias eligere, aut  
de Pacuvianis periodos, sed quia plare rūdis id facere nemo po  
terit, cum feceris, te literatissimum putas, ineptus sis, propter  
dūij

Exēplū.  
Testimo  
nium.

ea q̄ id facile faciat quiūis medicr̄ter literatus. Itē si cum ex ora ī  
tionibus, aut poematibus elegeris exempla, quæ certis signis arti-  
ficij notata sunt, quia rūdis id nemo facere possit, artificiosissime  
te fecisse putas, erras: propterea q̄ isto signo videmus te non nihil  
eius scire, alijs signis te scire multa intelligimus.

**Q**2 si artificiosum est intelligere quæ sunt ex arte scripta, mul-  
to est artificiosius ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit artifi-  
ciose, ab alijs commode scripta facile intelligere poterit: qui eliget  
facile, non continuo ipse commode scribet. Et si est maxime artifi-  
ciosum, alio tempore v̄tantur ea facultate, nō tum, cum parere ipsi  
& gignere, & proferre debent. Postremo in eo vim artificij consu-  
mant, vt ipsi ab alijs potius eligendi, q̄ aliorum boni electores exi-  
stimentur. Contra ea quæ ab ijs dicuntur, qui dicunt alienis se ex-  
emplis v̄ti oportere, sat̄ est dictum. Nunc quæ separatim dici  
possint, consideremus.

**D**icimus ergo eos oēs, ideo q̄ alienis vtan̄ peccare, tū etiā ma-  
gis delinq̄re q̄ a multis exempla sumāt. Et de eo, qđ postea  
diximus, ante videamus. Si concederem aliena oportere assumere  
exempla, v̄incerem vnius oportere. Primum, q̄ cōtra hoc nulla sta-  
ret eorū ratio. Licet enim eligerent, & probarent quemlibet, qui  
sibi in omnes res suppeditaret exempla, vel poetam, vel oratorem,  
cuius auctoritate niterentur. Deinde interest magni eius qui di-  
scere vult, v̄trum vnum omnia, an oīa neminem, sed aliud aliū pu-  
tet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes vnum con-  
sistere, ipse quoq; ad omnium nitetur facultatem: si id desperarit,  
in paucis se exercebit. Ipsiis enim contentus erit, nec mirum, cum  
ipse præceptor artis omnia penes vnum reperire nō potuerit. Al-  
latis igitur exemplis a Catone, a Gracchis, a Lælio, a Scipione, Gal-  
ba, Porcina, Crasso, Antonio, caterisq; item sump̄is alijs a poetis,  
& historiarum scriptoribus, necesse erit eum qui discet, ab omni-  
bus putare omnia, ab uno pauca vix potuisse sumi. Quare si vni<sup>9</sup>  
alicuius esse similem sat̄ habebit, omnia quæ omnes habuerint,  
solum habere se posse diffidet. Ergo inutile est ei, qui discere vult,  
non putare vnum posse omnia: igitur nemo in hanc incideret opi-  
nionem, si ab uno exempla sump̄isset. Nunc hoc signi est ipsos ar-  
tis scriptores nō putasse vnum potuisse in oībus elocutionis parti-

bus enitere, quoniā neq; sua ptulerūt, neq; vnius alicuius, aut de  
niq; duorū: sed ab oībus oratoribus, & poetis exēpla sumpererunt.  
Deinde, si quis velit artem demonstrare nihil prodesse ad discen-  
dum, non male vtatur hoc adūmento, q; vnius omnes artis partes  
consequi nemo potterit.

Quod igitur iuuat horum rationē, qui omnino improbēt artē, id  
non ridiculum est, ipsum scriptore artis suo iudicio comprobaret.  
Ergo ab uno sumenda fuisse docuimus exēpla, si semper aliud su-  
merentur. Nunc omnino aliunde sic intelligemus sumēda nō fuī-  
se. Prīmū omnium, qđ ab artis scriptore affertur exēplū, de eius ar-  
tificio debet esse, nō vt si quis purpurā, aut aliud quippiā vēdens,  
dicat sumē a me, sed hui⁹ exēplum aliunde rogabo, tibi qđ ostēdā.  
Sí merces ipsi qui vēditant, aliunde exēplum queritent aliud mer-  
cis, aceruos se dicāt tritici habere, sed eorū exēplum pugno nō ha-  
beāt, qđ ostendant. Sí Triptolemiūs, cum hominib⁹ semen largire-  
tur, ipse ab alijs hoīb⁹ id mutuaret: aut si Prometheus, cū mortali-  
bus ignē diuīdere velle, ipse a vicinis cū testa ambulans, carbun-  
culos corrogaret, nō ridiculum videret. Isti magistrī oīm dicendī  
præceptores nō vident sibi ridicule facere, cum id qđ alijs pollicē-  
tur, ab alijs querunt: Sí, q; se fontes maximos penit⁹ abscōditos ape-  
ruisse dicat, & hæc sitiens q; maxime loquat, neq; habeat quo sitim  
sēdet, nō irrideat. Isti cum nō modo dominos se fōtiū, sed se ipsos  
fontes esse dicant, & omnium rigare debeant ingenia, nō purant  
fore ridiculum, si cū id polliceant alijs, arescant ipsi siccitate. Cha-  
res a Lisippo statuas facere nō isto modo dīdicīt, vt Lisipp⁹ caput  
ostēderet Mitonis, brachia Praxitelis, pect⁹ Polycleti: sed omnia co-  
ram magistrum facientem videbat, ceterorum opera vel sua spōte  
cōsiderare poterat. Isti credunt eos q; hæc velint discere, alia ratiōe  
doceri posse cōmodius. Præterea, nec possunt quidem ea, quæ su-  
muntur ab alijs exempla, tam esse accōmodata ad artem q; ppria,  
ppteræa q; in dicēdo leuiter vnuquisq; locus p' erūq; tangitur, ne  
ars appareat. In præcipiendo expresse conscripta ponere oportet  
exempla, vt in artis formam cōuenire possint, & post in dicēdo, ne  
pessit ars eminere, & ab omnib⁹ videri, facultate oratoris occulta-  
tur. Ergo etiam, vt magis ars cognoscatur, suis exemplis meli⁹ est  
vti. Postremo hæc quoq; res nos duxit ad hanc rationem, q; nomi-

na rerum græca quæ cōuertimus, ea remota sunt a cōsuetudine. 1  
 Quæ enim res apud nos tristis nō erant, earum rerum nomina nō poterant esse vistata. Ergo hæc asperiora primo videantur necesse est, idq; fieri rei, non nostra difficultate. Reliquum scripturæ cōsumetur in exemplis, hæc aliena si posuissimus, factum esset ut quod cōmodius esset in hoc libro, id nostrum nō esset: quod asperius, & inusitatum, id p̄præ nobis attribueretur. Ergo hanc q̄c dōq; incōmoditatē fugimus. His de causis cum artis inventionem græcorum p̄bassemus, exemplorum rationem securi nō sumus. Nunc tempus postulat, ut ad elocutionis præcepta transeamus. Biperti 10 ta erit igitur nobis elocutionis præceptio. Primum dicemus, quibus in generibus semper oīs oratoria elocutio debeat esse. Deinde ostendemus, quas res semper habere debeat.

Tres dicen-  
di figuræ.

Grauis.

Mediocris.

Attenuata.

Quæ i-  
n.



Vnt igitur tria genera, quæ nos figuræ appellamus, in quibus omnis oratio nō vitiosa cōsumitur, vnam grauem, alteram mediocrem, tertiam extenuatā vocam⁹. Grauis est, quæ constat ex verborum grauium magna, & ornata cōstructione. Mediocris est, quæ cōstat ex humiliore, neq; tamen ex intrīsa, & periuulgatissima verborum dignitate. Attenuata est, quæ demissa est usq; ad vistatissimam puri cōsuetudinem sermonis.

In graui cōsumetur oratio figura, si quæ cuiusq; rei poterunt ornatissima verba reperiiri, siue p̄pria, siue translata, siue extranea, ad vnamquāq; rem accōmodabuntur: & si graues sententiæ, quæ in amplificatione, & cōmiseratione tractantur, eligentur: & si exortationes sententiarum, aut verborum, quæ grauitatem habebunt, de quibus post dicemus, adhibebūtur. In hoc genere figuræ erit hoc exemplum. Nam quis est vestrum iudices qui satis idoneā possit in eum poenam excogitare, qui prodere hostibus patriam cogitat: quod maleficium cum hoc scelere comparari: quod huic maleficio dignum supplicium potest inueniri! In iis qui violassent ingenuam, matrem familiæ cōstuprassent, rulassent aliquem, aut postremo necassent, maxima supplicia maiores nostri consumperunt: Huic truculentissimo ac nefario facinori singularem poenam

30

35

1 non reliquerunt? Atq; in alijs maleficis ad singulos aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit, huius sceleris qui sunt affines, vno consilio vniuersis ciuib; atrocissimas calamitates machinantur. O feros animos. O crudeles cogitationes. O derelictos ab humanitate homines. Quid agete ausi sunt, aut cogitare potuerunt? Quo pacto hostes reuulsis maiorum sepulcris, deiectis moenibus, ouantes irruerent in ciuitatem? quomodo detum spoliatis templis, optimatibus trucidatis, alijs arreptis in seruitutem, matribus familiis, & ingenuis sub hostilem libidinem subiectis, yrbs acerbissimo concidat incendio conflagrata? qui se non putant id quod voluerint, ad exitum perduxisse, nisi sanctissime patriae miserandum scelerati viderint cinerem? Ne queo verbis consequi iudices indignitatem rei, sed negligentius id fero, quia vos mei non indigetis. Vester enim vos animus amantissimus reipubli, facile edocet, ut eum qui fortunas omnium voluerit prodere, praeceptam perturbetis ex ea ciuitate, quam iste spurcissimorum hostium dominatu nefario voluit obruere.

In mediocri figura versabitur oratio, si haec, ut ante dixi, aliquā In mediocri figura versabitur oratio, si haec, ut ante dixi, aliquā tulum demiserimus, neq; tamen ad infimum descendemus, sic, cri qua.  
 20 Quibus cum bellum gerimus iudices videtis, cum socijs, qui pro nobis pugnare, & imperium nostrum nobiscum simul virtute, & industria conseruare soliti sunt. Hi cum se, & opes suas, & copiam necessariorum norunt, tum vero nihil minus propter propinquitatē, & omnium rerum societatem, quid in omnibus populi Romanus posset, scire & astimare poterant. Hi, cum deliberassent nobiscum bellum gerere, quæ res erat, qua freti bellum suscipere conarentur: cum multo maximam sociorum partem in officio manere inteligerent, cum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam praestarent, nō deniq; villam rem, quæ res perriner ad bellum administrandum? Si cum finitimi de finib; bellum gererent, si totum certamen in uno prælio positum putarent, tamen omnibus rebus instructiores, ac paratiiores venirent, nedum illud imperium orbis terre, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, partim vi, partim voluntate concesserunt, cū aut armis, aut liberalitate a populo superati essent, ad se træfferre tātulis virib; conarent. Quicquid?

aliquis, quid Fregellani, non sua sponte conati sunt: Eo quidem minus isti facile conarentur, quo illi quemadmodum descissent, videbat. Nam rerum imperiti, qui vniuersitatem rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, si per imprudentiam faciliter deducuntur in fraudem. At si qui sciunt quid alii acciderint, facile ex aliorum eventis suis rationibus possunt prudenter. Nulla igitur re inducit, nulla spes freti arma sustulerunt! Quis hoc credit, tantam amentiam quemque tenuisse, ut imperium Populi Romani tetare auderet nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuisse necesse est, quid aliud, nisi id quod dico, potest esse?

**In attenuato figura genere, id quod ad insitum, & quotidianum sermonem demissum est, hoc erit exemplum.** Nam, ut forte hic in balneas venit, coepit postquam perfusus est, defricari. Deinde, ubi visum ut in alueum descendaret, ecce ibi iste de transuerso, heus inquit adolescens, pueri tui modo me pulsauerunt, satisfacias operatur. Hic qui id aetatis ab ignoto, praeter consuetudinem appellatus esset, erubuit. Iste clarius eadem & alia dicere coepit. Hic vix tandem inquit, sine me considerare. Tum vero iste coepit clamare vocem ista, quae per facile cuius rubores evincere posset. Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi videtur, sed

**† exercitus penes scenam, & in eiusmodi locis. † exercitatus sis: Conturbatus est adolescens, nec mirum, cui etiam nunc pedagogi lites ad auricularas versarentur, imperito eiusmodi coniutorum. Vbi enim iste vidisset scurram exhausto rubore, quod se putaret nihil habere, quod de existimatio pderet, ut omnia sine fama detrimento facere posset? Igittu genera figurarum ex ipsis exemplis intelligi poterunt. Erit enim & attenuata verborum constructio quedam, & item alia in grauitate, alia posita in mediocritate.**

**Vitia abusiva figuris dicendi.** **E**st autem caendum, ne dum haec genera consectemur, in finitima & propinquia virtutia veniamus. Nam graui figurae, quae laudanda est, propinquae est ea, quae fugienda est, quae recte debitur appellari, si suffulta nominabitur. Nam ita ut coporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe, ita graui oratio saepe impetrat, videtur ea, quae turget, & inflata est, cum aut nouis, aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut grauioribus quod res postulat, aliquid dicitur, hoc modo. Nam qui perduellionis

bus vēditat patriam, non satis supplīcij dederit, si praeceps in Neptunias depultus erit lacunas. Poenitet igit̄ istum, qui montes belli fabricat⁹ est, campos sustulit pacis. In hoc genus pleriq; cū declinassent, & ab eo quo pfecti sunt, aberrauerunt, & specie grauitatis fallunt, nec pspicere possunt orationis tumorē. Qui in mediocre gen⁹ orationis pfecti sunt, si peruenire eo non potuerunt, errantes perueniunt ad confine genus eius generis, qđ appellam⁹ fluctuās & dissolutū, eoq; sine neruis, & articulis fluctuat huc & illuc, nec potest confirmare, nec viriliter se expedit, id est huiusmodi. Socij nostri cum belligerare nobiscū vellent, pfecto ratiocinati essent etiā atq; etiā quid possent facere, si quidem sua sponte ficerent, & nō haberent hīc adiutores multos & malos homines & audaces. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere. Non potest huiusmodi sermo tenere attērum auditorē: diffuit enim tot⁹, neq; quicq; cōprehēdens pfectis verbis amplectit.

Qui nō possunt in illa facerissima verborū attenuatiōne cōmo de versari, veniūt ad aridū & exangue gen⁹ ofonis, qđ nō alienum est exile noīari, cuiusmodi est hoc. Nā istic ad balneas accessit, ad hūc postea dixit, hīc tu⁹ seru⁹ me pulsauit. Postea dixit hīc illi, cōsiderabo. Post ille cōuiciū fecit, & magis magis p̄ presentib⁹ multis clamauit. Frīuol⁹ hīc qđ īam, & illiberalis est sermo. Nō em̄ adeptus est id qđ habet attenuata figura puris verbis & electis cōpositā orationē. Om̄e gen⁹ ofonis, & graue, & mediocre & attenuatū dignitate afficiūt exornationes, de qb⁹ post loquemur: quæ si rare disponent, distinctā sicuti colorib⁹, si crebre collocabunt, oblita redūt orationē. Sed figurā ī dīcēdo cōmutari oportet, ut grauē mediocrē diocris, mediocre excipiāt attenuata. Deinde identidē cōmutent, ut facile satietas varietate vitetur.

#### C De ornamentis.

Voniam quibus in generib⁹ elocutio versari debeat, dictum est, videamus nunc quas res debet habere elocutio commoda, & perfecta. Quæ maxime t̄ ad commodum oratoris accommodata est, tres res in se debet habere, elegantiam, cōpositionem, dignitatem, t̄ admodū oratori.



Elegantia est, quæ facit ut ynumquodq; pure, & aperte dici vi. Elegantia.

**Latinitas.** deatur. Hæc distribuitur in latinitatem, & explanationem. Latinitas est qua sermonem purum cōseruat ab omni vicio remotu.

Solecismus, Iocicismus, & Barbarismus. Solecismus est, cum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. Barbarismus est, cum verbum aliquod viciose effertur. Hæc qua ratione vitia-

**Explanatio** re possimus in arte grammatica dilucide discernimus. Explanatio est, qua reddit apertam, & dilucidam orationem. Ea comparatur duabus rebus, vicitatis verbis, & proprijs. Vicitata sunt ea, quæ versantur in sermone, & cōsuetudine quotidiana. Propria, quæ eius rei verba sunt, aut esse possunt, de qua loquemur.

**Compositio.** Compositio est verborum constructio † æqualiter perpolita. **T**que facit ea conseruabitur, si fugiemus crebras vocalium cōcursiones, quæ vastam atq; hiamenti orationem reddunt: vt hoc est. Baccæ æneę amoenissime impendebant. Et si vitabimus eiusdem literæ nimia assiduitatem, cui vicio versus hic erit exemplo, nam hic nihil prohibet in vitijs, alienis exemplis vti.

O Tite tute Tat! tibi tanta tyranne tulisti, & hic eiusdem Poet. Quicq; quisq; cuiq; quod conueniat, neget. Et si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus, ea est huiusmodi. Nam cuius ratio non extet, ei rationi ratio non est fidem habere. Et si non utemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo. Fientes plorantes, lachrymantes, obtestantes. Et si verborum transvectionem vitabimus, nisi quæ erit concinna, qua de re posterius loquemur, quo in vicio est Lucilli<sup>9</sup> assidu<sup>9</sup>, vt hoc est in priore lib. Has res ad te scriptas Luci misimus Aeli. Itē fugere oportet longam verborum cōtinuationē, quæ & auditoris aures, & orationis spiritum ledit. His vitijs in cōpositione vicitatis, reliquū operis cōsummandum est in dignitate.

**Dignitas.** Dignitas est, qua reddit ornatam orationem varietate distinguens. Hæc & in verborum & sententiarum exornationem dicitur. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita cōtinet perpolitione. Sententiarū exornatio est, quæ nō in verbis, sed in ipsis rebus quādam habet dignitatem.

**Repetitio.** Repetitio est, cum continenter ab uno, atq; eodem verbo in rebus similibus & diuersis principiis sumuntur, hoc modo.

1 Vobis istud attribuendum est, vobis gratia habenda, vobis res ista erit honoris.

Item, Scipio Numatiam sustulit, Scipio Carthaginem deleuit,  
Scipio pacem peperit, Scipio ciuitatem seruauit.

5 Item, Tu in forum prodire, tu lucem conspicere, tu in horum conspectum venire conaris? Audes verbum facere, audes quicq; ab istis petere, audes supplicium deprecari? Quid est, quod possis defendere? Quid est, quod audeas postulare? Quid est, quod tibi putes concedi oportere? Non iusurandum tet reliquit contempsti?  
10 non amicos prodidisti? non parenti manus intulisti? non deniq; in omni dedecore volutatus es? Hac exornatio, cum multum venustatis habet, tum grauitatis, & acrimoniae plurimum. Quare videtur esse adhibenda, & ad exornandam, & ad augendam orationem.

15 Cōuerſio.  
**C**onuersio est per quam non ut ante primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter reuertimur, hoc modo, Poenos Popu. Roma, iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.

Item, Ex quo tempore concordia de ciuitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, resp. sublata est.

20 Item, C. Lelius homo nouus erat, ingeniosus erat, doctus erat, bonis viris & studiosis amicus erat, ergo in ciuitate primus erat;

Item, Nam cum istos ut absoluant te rogas, ut petent rogas, ut existimationem negligant rogas, ut leges Populi Romani tuas libidini largiantur rogas.

25 Cōplexio.  
**C**omplexio est quae vtrinq; complectitur exornationem, & hanc, & quam ante exposuimus, ut & repetatur idem primum verbum sapient, & crebro ad idem postremum reuertamur, hoc modo. Qui sunt, qui foedera sepe ruperint? Carthaginenses. Qui sunt, qui crudelē bellum in Italia gesserunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui Italiam deformatuerunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui sibi postulant ignoscit? Carthaginenses. Videte ergo, quid conueniat eos impetrare. Item, Quem senatus damnarit, quem populus Roma: damnarit, quem omnium existimatio damnarit, eum vos sententias vestris absolugetis?

30 Traductio.  
**T**raductio est, quod facit ut cū idē verbū crebrius ponat, nō modo nō offendat aīm, sed etiā cōcīnōrē orōnē redat, hoc pacto.

**Q**uí nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vita non potest colere. Itē, eu mihi hominē appellas, qui si fuisset homo, nunquam crudeliter vitā hominis petiisset. At erat inimicus, ergo inimicum sic vlcisci voluit, ut ipse sibi reperiatur inimicus! Itē, diuitias sine diuitium esse, tu vero virtutē prefer diuitijs. Nam si voles diuitias cū virtute comparare, vix satī idoneq; tibi videbunt diuitie, quae virtutis pedissequē sint. Ex eodem genere est exornationis, cum idem verbum modo ponit in hac modo in altera re, hoc modo. Cur eam rem tam studiose curas, quae multas tibi dabit curas! Itē, amari iucundum est, si curetur ne quid insit amari. Itē, veniam ad vos, si mihi senatus det veniam. In his quatuor generib⁹ exornationum, quae adhuc ppositae sunt, non inopia verborum fit ut ad idem verbum redeat sepius, sed inest festiuitas quedā, quae faciliter aurib⁹ dijudicari, q̄ verbis demonstrari potest.

**Contentio.**

**C**ontentio est cum ex contrarijs rebus oratio conficitur, hoc pacto. Habet assentatio iucunda principia, eadem exit⁹ amissimos affert. Itē, inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. Itē, in ocio tumultuaris, in tumultu solus es ociosus. In frigidissima cales, in feruētissima friges. Tacito cum op⁹ est clamans, cum loqui conuenit obmutescis. Ades, abesse vis: abes, reuerti cūpis. In pace bellum queritas, in bello pacem desideras. In concione de virtute loqueris, in prælio per ignauiam tubę sonitum perfere non potes. Hoc genere si distinguemus orationem, & ornatim, & graues poterimus esse.

**Exclamatio**

**E**xclamatio est, quae conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut verbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellatione, hoc modo. Te nunc alloquor Africana, cui⁹ mortui quoq; nomen splendori, ac decori est ciuitati. Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum crudelitatem. Itē, O perfidiosē Fregelle, q̄ facile scelere vestro contabuistis, ut cui⁹ nitor verbis Italiam nuper illustrauit, ei⁹ nunc vix fundatorum reliquie maneant. Itē, Bonorum insidiatores latrocino vi etā innocētissimi cuiusq; petistis, tantā ne ex iniquitate iudiciorū vestris calunijs assumitis facultatē! Hac exclamacione si loco vtemur, & raro, & cū rei magnitudo postulare videbit, ad quā yolem⁹ indignationē animum auditoris adducemus.

**I**nterrogatio nō omnīs grauiſ est, neq; cōcīnna, ſed hēc quē cum enumerata ſunt ea quā obſunt cauſe aduersariorum, cōfirmat superiorē orationē, hoc pacto. Cum igitur hēc omnia faceres, dices, res, admīnistrareſ, vtrum animos ſociorum ab repu. remouebas, & alienabas, an nō? & vtrū aliquē exhorrai oportuit, qui iſta phibet, ac fieri non fineret, an non?

**R**atiocinatio eſt per quam nos ipſi a nobis rationē poſcimus, quare quidq; dīcam⁹, & crebro noſimet a nobis pērim⁹ vniuſ cuiuſq; ppoſitionis explanationē. Ea eſt huicuſmodi. Maiores nři ſi quā vniuſ peccati mulierē dānabant, ſimplici iudicio multorū maleſiciorū cōuictam putabant. Quo pacto? quoniā quā impudicam iudicarant, eā veneficij quoq; dānatā exiſtimabāt. Quid ita? quia neceſſe eſt eā quā ſuum corpus addixerit turpiſſimē cupiditatī, timere permul toſ Quos iſtos vīrum, parētes, cæteros ad quos vīdet ſuī dedecoris infamia pertinere. Quid poſtea? quos tantopere timeat, eos neceſſe eſt ut quoquo modo poſſity beneficio petat. Cur? quia nulla potest honesta ratio retinere eā, quā magnitudo peccati facit timidam, intēperantia audacē, natura muliebris incōſideratā. Quid veneficij dānatā putabāt impudicā quoq; neceſſario. Quare? quia nulla facili⁹ ad id maleficiū cauſa, q; turpi amor, & intēperā libido cōmouere potuit, cū cui⁹ anim⁹ mulieris eſſet corrupt⁹, ei⁹ corp⁹ castū eſſe nō putarint. Quid in vīris? idem ne hoc obſeruabāt: minime. Quid ita? quia vīros ad vnuq; maleficiū ſingulē cupiditatcs impellūt. Mulieres ad oīa maleficia cupiditas vna ducit. Itē bene maiores noſtri hoc cōparauerūt, vt nemine rege, quē armis cepiſſent, vīta priuarēt. Quid ita? quia quā nobis fortuna facultatē dediſſet, iniquum erat in eorū ſupplicio cōſumere, quos eadem fortuna paulo ante in ampliſſimo ſtatu collocarat. Quid q; exercitū cōtra duxit? defiſo meminiſſe. Quid ita? quia viri fortis eſt, qui de vīctoria contendant, eos hostes putare: qui vīcti ſunt eos homines iudicare, vt poſſit bellū fortitudo minuere, pacē humanitas atq; gere. At ille, ſi viciſſet, num idē feciſſet? non pfecto tā ſapiēs fuifſet. Quid igiſ ei parcis? quia talē ſtultiā cōteneſe, nō imitari cōſueui. Hēc exornatio ad sermonē vehementer accōmodata eſt, & animū auditoris ſtretinet attētū, cū venustate reddit. sermonis, tum rationum expectatione.

Sententia.

**S**ententia est oratio sumpta de vita, q̄ aut qd sit, aut qd esse oportet in vita breviter ostendit, hoc modo. Difficile est primū virtutes reuerteri, q̄ semper secunda fortuna sit visus. Itē, Liberis est existimandus, q̄ nulli turpitudini seruit. Itē, Egēs aequus est is, q̄ non satis habet, & is cui nihil satis potest esse. Itē, Optima viuendi ratio est eligenda, eā iucundam cōsuetudo reddet. Huiusmodi sententiae simplices nō sunt improbandae, ppter ea q̄ habet brevis expositio, si rationis nullius indiget, magnam delectationē. Sed illud quoq; pbdum est genus sententiae, qđ confirmatur subiectione rationis, hoc modo. Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocandae, ppter ea q̄ sola virtus in sua potestate est, omnia praeter eam subiecta sunt fortunæ dominatioī. Item, Qui fortunis alicuius inducit amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, deuolat omnes. Cum em̄ recessit ea res, quæ fuit cōsuetudinis causa, nihil superest quare possint in amicitia retineri. Sunt itē sententiae quæ dupliciter effertur, hoc modo sine ratione. Errat, qui in prosperis rebus omnis impetus fortunæ se putant fugisse. Sapienter cogitat, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant. Cum ratione, hoc pacto. Qui adolescentiū peccatis ignorari putant oportere, fallunt, ppter ea q̄ actas illa nō est impedimento bonis studijs: at hi sapienter faciunt, qui adolescentes maxime castigant, ut q̄b⁹ virtutibus omnē vitā tueri possint, eas in aetate maturissima velint cōparare.

**S**ententias interponi raro cōuenit, ut rei actores, nō viuēdi præptores esse videamus: cū ita interponant, multū afferet ornamenti. Nam necesse est animo eum comprobet tacitus auditor, cū ad causam videat accommodari rē certā ex vita, & morib⁹ sumptā.

Contraria.

**C**ontrariū est idē fere, qđ cōrētio. Contrarium est, qđ ex reb⁹ dīcuersis duab⁹ alterā breviter, & facile cōfirmari, hoc pacto. Nā q̄ suis ratioīb⁹ inimic⁹ fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicū fore speres? Et itē. Nā quē in amicitia pfidiosum cognoueris, eū quare putas inimicitias cū fide habere posse? Et qui priuat⁹ intolerabili superbia fuerit, eum cōmodum, & cognoscēte sui videre in potestate quis speret? Et q̄ in sermonibus, & cōuētu amicorum verum nō dixerit, nunquid eum in cōcionibus credas a mendacio tēperaturum? Item. Quos ex collibus deiecimus, cum ijs in campo metuimus dimicare? Qui, cum plures erant paucis nobis

i exequari nō poterant, hī postq̄ pauciores sunt, metuimus ne sint  
superiores! Hoc exornationis genus breuibus, & continuatis ver-  
bis perfectum debet esse: & cum cōmodum est auditu ppter breuē  
s & absolutam cōclusionē, tum vero vehemēter id qđ opus est ora-  
tori, cōprobat cōtraria re, & ex eo qđ dubium nō est, expedit illud  
qđ dubiū est, vt aut dīlū nō possit, aut multo diffīcillime possit.

**M**embrum orationis appellatur res breuiter absolute sine to-  
tius sententiae demonstratione, quae denuo alio mēbro ora-  
tionis excipitur, hoc modo. Et inimico proderas, id est vnum qđ  
10 appellatur membrum: deinde hoc excipiatur oportet ab altero. Et  
amicum lēdebas. Ex duobus mēbris solis hāc exornatio potest cō-  
stare: sed cōmodissima & absolutissima est, quae ex trībus constat;  
hoc pacto. Et inimico pderas, & amicum lēdebas, & tibi ipsi non  
20 consulebas. Item, nec reipubli. consiliasti, nec amicis pfuisti, nec  
inimicis restitisti.

**A**rticulus:  
**A**rticulus:  
Rticulus dicitur, cum singula verba interallīs distingui-  
tur causa oratione, hoc modo. Acrimonia, voce, vultu aduer-  
tarios perterriti. Item, Inimicos inuidia, iniurijs, potentia, perfis-  
dia sustulisti. Inter huius generis, & illius superioris vehemētiā  
20 hoc interest, q̄ illud tardius & rarius venit, hoc crebrius & celeri⁹  
peruenit. Itaq̄ in illo genere ex remotione brachij, & contortione  
dextre gladius ad corpus afferrī, in hoc autem crebro, & celeri cor-  
pus vulnere consuiciari videtur.

**C**ontinuatio est densa, & cōtinens frequentatio verborum cū  
absolutione sententiarum. Ea vtemur cōmodissime trīperi-  
to, in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia, hoc pa-  
cto. Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in vir-  
tute, q̄ in casu prāsidium collocavit. In contrario, hoc modo. Nā  
si quis spei non multum collocarit in casu, quid est q̄ ei magnope-  
re casus obesse possit? In conclusione, hoc pacto. Qz si in eos plu-  
rimum fortuna potest, qui suas rationes omnes in casum contu-  
lerunt, non sunt omnia committenda fortunæ ne magnam nimis  
in nos habeat dominationem. In his trībus generibus ad conti-  
nuationis vīm adeo frequentatio est necessaria, vt in firma facul-  
tas oratoris videatur, nisi sententiam, & contrarium, & conclu-  
sionem frequentibus efficerat verbis. Sed & alias quoq̄ nōnunq̄, non

Continua-  
tio.

alienum est, tametsi, necesse non est, eloqui res aliquas per huiuscmodi continuationes.

Compar  
graua.

**C**ompar appellat, qđ habet in se mēbra oratiōis, de quib⁹ ante diximus, quae cōstāt ex pari fere numero syllabarū. Hoc nō de enumeratione nostra fiet, nā id quidem puerile est, sed tātum a fert usus, & exercitatio facultatis, vt animi quodam sensu par mē brum superiori referre possimus, hoc modo. In prālio mortem pat̄er oppetebat, domi filius nuptias cōparabat, hæc om̄ia graues casus administrabat. Itē, Illi fortuna dedit felicitatē, huic industria virtutē cōparauit. In hoc genere sape fieri potest, vt nō plane par sit numerus syllabarū, & tamē esse videatur, si vna, aut etiā altera syllaba est alterum breuius, aut si cum in altero plures sunt, in altero longior, aut longiores, plenior, aut pleniores syllabæ erunt, vt longitudo, aut plenitudo harum, multitudinem alterius assequatur, & exæquet. 15

Similiter  
cadens.

**S**imiliter cadens exornatio dicitur, cum in eadem cōstructione verborū duo, aut plura sunt verba, quæ similiter ijsdem casib⁹ efferuntur, hoc modo. Hominē laudas egentē virtutis, abundantē felicitatis. Itē, cuius om̄is in pecunia spes est, eius a sapiētia est animus remotus. Diligētia cōparat diuitias, negligētia corrūpit animum, & tamē cū ita viuit, neminē p̄ se ducit hominē. 20

Similiter  
desinens.

**S**imiliter desinens est, cū tametsi casus nō insunt in verbis, tamen similes exit⁹ sunt, hoc pacto. Turpiter audes facere, neq̄ter studes dicere. Viuis inuidiose, deliquis studiose, loqueris odiose. Itē, Audacter territas, humiliter placas. Hæc duo genera, quoq; alterū in exit⁹, alterū in casus similitudine versat, iter se vehemēter cōueniunt, & ea re, q̄ his bene vtunt̄, plerūq; simul ea collocat̄ in ijsdem partib⁹ orationis. Id hoc pacto facere oportet. Perditissima ratio est amore petere, pudore fugere, diligere formā, negligere famam, hic & ea verba quæ casus habent, ad casus similes, & ea quę nō habent, ad similes exitus veniunt. 30

Annomina  
tiō.

**A**nnominatio est cū ad idē verbū & idē nomē accedit cū mutatione vocū, vel additōne vni⁹ līterē, aut syllabę, aut syllabarū, aut ad res dissimiles similia verba accōmodant̄. Ea multis, & varijs rationib⁹ cōficit. Attenuatione, ac cōplexione eiusdē lītere, sic. Hic, q̄ se magnifice iactat atq; ostētat, venit a te anteq; Romā 35

- 1 venit. Ex cōtrario sic. Hic quos hoīes alea vīncit, eos ferro statim  
vīncit. Productiōe eiusdē līterę, hoc modo. Hūc autū dulcedo du-  
cit ad auīū. Breuitate eiusdē līterę, hoc modo. Hic tametsī vīdet  
esse honoris cupid⁹, tamē nō tātū curiā dīlīgit, quātū Curiā. Ad-  
5 dendis līteris hoc pacto. Hic sibi posset tēperare, nīsi amorī mallet  
obtēpare. Demēdis līteris, sic. Sī lenones tanq̄ leones vītasſet, vītae  
se tradidīſſet. Trāſſerēdis līteris, sic. Vīdete iudices vtrū homīni-  
nauo, an vano credere malit⁹. Itē, Nolo eē laudator, ne vīdear adu-  
lator. Cōmutādis, hoc modo. Deligere oportet, quē velis dīlīgere.  
10 Hæ sunt annominatiōes, quæ in literatū breui cōmutatiōe, aut p-  
ductiōe, aut trāſiectiōe, aut aliquo huiusmodi genere versant. Sūt  
autē alīc, q̄ nō habēt tā ppinquā in verbis similitudinē, & tamē dis-  
similes nō sunt, qb⁹ de generib⁹ vnū est huiusmodi. Quid veniā,  
15 q̄ sim, quareveniā, quē insimulē, cui p̄sim, quē postulē, breui cogno-  
scetis. Nā hīc est in qbusdā verbis quādā similitudo nō tā affectā  
da, q̄ illē superiores, sed tamē adhibēda nōnunq̄. Alterū genus hu-  
iusmodi. Demus operā quirites, ne oīno patres cōſcripti cīrcūſcrī-  
pti putent. Hēc annominatio accedit magis ad similitudinē, q̄ su-  
perior: sed min⁹, q̄ illē supiores: ppter ea q̄ non solū additē, sed vno  
20 tēpore déptę quoq̄ līterę sunt. Tertiū gen⁹ est, qđ versat in casuū  
cōmutatiōe, aut vni⁹, aut pluriū nominū. Vni⁹ nominis, hoc mo-  
do. Alexander Macedo summo labore animis ad vīrtutē pueritā  
cōfirmauit. Alexadri vīrtutes p̄ orbē terę cū laude, & gloria vul-  
gatę sunt. Alexandro si vīta lōgior data effet, Oceanū Macedonū  
25 gloria trāſuolasset. Alexadrum omnes maxime metuerunt, itē plu-  
rimum dīlexerūt. Varie hīc vnu nomē in cōmutatione casuū vo-  
lūtatū est. Plura noīa casibus cōmutatis, hoc modo faciēt annomi-  
nationē. Tyberium Gracchum rēpu. administratē phibuit † indi Ner.  
gna nex dīutius in ea commorari. C. Graccho similiter occīſio est † indigne  
30 oblata, quē reīpub, virum amantissimum subito de finu cīuitatis subdit fili  
eripuit. Saturninū fide captum maiorum natu perfidia per sce-  
lus vita priuauit. Tuus o Druse sanguis domesticos parietes, &  
vultum parentis aspersit. Sulpitio, cui paulo ante omnia concedea-  
bant, eum breui spatio non modo vīuere, sed etiam sepeliri prohi-  
35 buerunt. Hēc tria genera proxima exornationum, quorum vnu  
in similiter cadentibus, alterū in similiter desinentibus verbis ter-  
e iij

tium in annominationibus positum est, perraro sumenda sunt, cū i  
n veritate dicemus, ppter ea q̄ nō hæc reperiri posse videntur si  
ne elaboratiōe, & cōsumptiōe operæ. Eiusmodi autem studia ad  
delectationem, q̄ ad veritatem videntur accommodatiora. Quare  
fides, & grauitas, & seueritas oratoria minuitur his exornationi-  
bus frequenter collocatis, & nō modo tollitur auctoritas dicendi,  
sed offenditur quoq̄ in eiusmodi oratione auditor, ppter ea q̄ est  
in his lepos & festiuitas, non dignitas, neḡ pulchritudo. Quare,  
quaꝝ sunt ampla, & pulchra, diu placere possunt: quaꝝ lepida, & cō-  
cina, cito satietate afficiūt aurium sensum fastidiosissimū. Quo 10  
modo igitur, si crebro his generibus vtemur, puerili videbimus  
elocutione delectari, ita si raro has interseremus exornatiōes, & in  
causa tota varie dispergēmus, commode luminib⁹ distinetis il-  
lustrabimus oratiōem.

## Subiectio.

**S**ubiectio est, cum interrogamus aduersarios, aut querim⁹ ipsi, 15  
quid ab illis, aut quid cōtra nos dī possit. Deinde subiectum⁹  
id, quod oportet dī, aut nō potest, aut nobis adiumento futurum  
sit, aut offuturum illis e cōtrario, hoc modo. Quero igitur vnde  
iste tam pecuniosus sit factus, amplum patrimonium relictum est.  
At patr̄is bona vñierunt. Hæreditas aliqua obuenit: nō potest dī  
cī, sed etiam a necessarijs omnibus exhereditatus est. Præmium ali-  
quod ex lite aut iudicio cepit: nū modo id nō fecit, sed etiam insu-  
per ipse grandi sponsione vincitus est. Ergo si his rationibus locu-  
pletatus nō est, sicut omnes videntis, aut isti domi nascitur aurum,  
aut vnde nō est lícitum, pecunias accepit. Itē. Sc̄e iudices animad-  
uerti, multos aliqua ex honesta re, quam ne inimici quidem crimi-  
nari possint, sibi præsidium petere, quorum nihil potest aduersa-  
rius facere. Nam vtrum ad patr̄is eius virtutem cōfugiet: at eum  
vos iurati capite damnasti. An ad suam reuertetur antiquam vi-  
tam alicubi honeste tractatam: at hic quidem ante oculos ve-  
stros quomodo vixerit, sc̄it is omnes. An cognatos suos enumera-  
bit, quibus vos cōueniat cōmoueri: at hi quidem nulli sunt. Ami-  
cos pferet: at nemo est qui sibi non putet turpe, istius amicum no-  
minari. Item, Credo inimicum, quem nocentem putabas, in iudi-  
cium adduxisti: non, nam indemnatum necasti. Leges, quaꝝ id face  
te phibent, yeritus es: at ne scriptas quidem iudicasti. Cum ipse

i te veteris amicitiae commonefaceret, commotus es: at nihil mis-  
 nus, sed etiam studiosius occidisti. Quid, cum tibi pueri ad pedes  
 volarentur, misericordia motus es: at eorum patrem crudelissi-  
 me sepultura quoq; prohibuisti. Multum inest acrimoniae & gra-  
 s uitatis in hac exornatione, propterea q; cum quæsitum est quid  
 oporteat, subiicitur id non esse factum: quare facillime fit, ut exau-  
 geatur indignitas negotij. Ex eodem genere, ut ad nostram quoq;  
 personam referamus subjectionem, sic fit. Nam quid me facere co-  
 ueniret, cum a tanta Gallorum multitudine circunsederer? an di-  
 10 mīcarē: at cū parua manu tum pdiremus, locū quoq; inimicissimum  
 habebamus. Sederē in castris: at neq; subsidium, qd expectarē, ha-  
 bebamus, neq; erat quo vitā p̄ducerem⁹. Castra relinquē: at obſi-  
 debamur. Vitā militum negligē: at eos videbar ea accepisse co-  
 ditionē, ut quoad possem incolumes patriæ, & parentibus cōserua-  
 rem. Hostium cōditionem repudiarem: at salus antiquior est mi-  
 litum, q; impedimentorum. Huiusmodi consequuntur identidem  
 15 subjectiones, ut ex omnibus ostendī videatur, nihil potius q; qd fa-  
 cum sit faciendum fuisse.

C Radatio est, in qua nō ante ad cōsequens verbum descendit Gradatio.  
 20 C tur, q; ad superius cōscensum est, hoc modo. Nam quæ reli-  
 qua spes libertatis manet, si illis & qd libet licet, & qd licet possūt,  
 & qd possunt audent, & qd audent faciunt, & qd faciūt vobis mo-  
 lestem nō est! Itē, Nō sensi hoc, & nō suasi, neq; suasi: & nō ipse sta-  
 25 tim facere coepi, neq; facere coepi, & non perfeci, neq; perfeci, & nō  
 probauī. Item, Aphricano īduſtria virtutem, virtus gloriam, glo-  
 rīa æmulos comparauit. Item, Imperium Græcię fuit apud Athe-  
 nienses, Atheniensium potiti sunt Spartiatē, Spartiatas superau-  
 re Thebanī, Thebanos Macedones vicerūt, qui ad imperium Gr̄  
 cīæ breui tempore adiunxit Asiam bello subactam.  
 30 Habet in se quendam leporem superioris cuiusq; crebra repe-  
 titio verbi, que propria est huius exornationis.

D iffinitio est, quæ rei alīcui⁹ p̄prias amplectit̄ potestates bre- Diffinitio.  
 35 uiter & absolute, hec mō. Maiestas reip. est, in qua cōtinent  
 dignitas & amplitudo ciuitatis. Itē, Iniurię sunt, quę aut pulsatiōe  
 corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitā cuiuspiā  
 e iiiij

**v**iolant. Irē. Nō est ista diligētia, sed auaritīa; ideo, q̄ diligentia est accurata cōseruatō suorum: auaritīa, iniuriosa appetitio alienorum. Itē. Nō est ista fortitudo sed temeritas, ppterēa q̄ fortitudo est cōtēptio laboris, & periculi cum ratione vtilitatis, & cōpenſatione cōmodorum: temeritas est, cum incōſiderata laborum p̄ pensione gladiatoria periculorum ſuceptio. Hæc igit̄ commoda putat exornatio, q̄ omniē rei cuiuspiam vim, & potestatē, ita dilucide pponit, & breuiter explicat, vt neq̄ plurib⁹ verbis oportuiffe dīci videat, neq̄ lucidius potuisse dici putetur.

**X. p̄fessione****Transitio.**

**T**ransitio vocat, quæ cum ostēdit breuiter qđ dictū fit, ppo<sup>z</sup> 10 nít itē breui qđ cōſequat̄, hoc modo. In patriam cuiusmodi fuerit habetis, nunc in parentes qualis extiterit, considerate. Item. Mea in istum beneficīa cognoscitīs, nunc quomodo iſte mihi gratiam retulerit, accipite. Proficit hæc aliquantū exornatio ad duas res, nam & quid dixerit commonet, & ad reliquum comparat aut ditorēm.

**Correſtio.**

**C**orrectio est, quæ tollit id qđ dictum est, & p eo id quod magis idoneum videt, reponit, hoc pacto. Qz si iſte suos hospites rogaſſet, immo innuifſet modo hoc facile perfici posſet. Item. Nam postq̄ iſti vicerunt, atq̄ adeo vīcti ſunt, eam quomodo vīcto riam appellem, quæ vīctoribus plus calamitatīs, q̄ boni dederit? O virtutis comes inuidia, quæ bonos insequeris plerunq; atq̄ adeo insectaris. Commouetur hoc genere animus auditoris. Res enim communī verbo elata tātūmodo dicta videtur, ea post ipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronunciatione. Non igit̄ satius eſſet, dicit aliquis, ab initio, præfertim cum ſcribas, ad optimū, & electissimum verbum deuenire! Est cum non eſſet satius, si commutatio verbī id erit demonstratura, eiusmodi rem eſſe, vt cum eam communī verbo appellariſ, leuius dixisse vīdeariſ, cum ad electius verbum accedas, insigniorem rem facias: q̄ si continuo veniſſes ad id verbum, nec rei, nec verbī gratia animaduersa eſſet.

**Ocupatio**

**O**ccupatio eſt cum dīcimus nos præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere, id qđ tunc maxime dīcim⁹, hoc modo. Nā de pueritia qđē tua, quā tu om̄i intēperatię addixisti, dicerē, si hoc tēp⁹ idoneum putarem, nunc consulto relinquo. Et illud prætero, q̄ rei mīlitaris te infrequentem tradidisti. Deinde, q̄ iniuriarum.

1 satisfecisti Labeoni, nihil ad rem pertinere puto. Horum nihil dic  
co, reuertor ad illud de quo iudicium est. Item, Non dico te ab so-  
cijs pecunias accepisse: non sum in eo occupatus, q̄ ciuitates, re-  
gna, domos omniū depeculatus es, furtā, rapinas omnes tuas omīt-  
to. Hac vtilis est exornatio. Si aut rem quam non pertineat alijs  
ostendere, occulte admonuisse prodest, aut si longum est, aut igno-  
bile, aut planum, aut non potest fieri, aut facile potest reprehendi,  
vt vtilius sit occulte fecisse suspicionem q̄ huiusmodi intendisse  
orationem quæ redarguantur.

10 **D**isjunctio est, cum eorum de quibus dicimus, aut utrūq; aut Disjunctio  
vnumquodq; certo concluditur verbo, sic. Populus Roma,  
Numantiam deleuit, Carthaginem sustulit, Corinthum disiecit,  
Fregellas evertit. Nihil Numatini vires corporis auxiliatae sunt,  
nihil Carthaginensibus scientia rei militaris adiumento fuit, ni-  
hil Corinthijs eruditā calliditas p̄sidij tulit, nihil Fregellanis mo-  
rum & sermonis societas opitulata est. Item formæ dignitas aut  
morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. Hic utrūq; & in su-  
periore exemplo vnamquang; rem certo verbo cōcludi videntur.

20 **C**oniunctio est, cum interpositione verbi & superiores oratio-  
nis partes comprehenduntur, & inferiores, hoc modo. For-  
mæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate.

**A**dunctio est, cum verbum quo res comprehenditur, non in Adiunctio  
terponimus, sed aut primum aut postremū collocamus. Pri-  
mum hoc pacto: Deflorescit formæ dignitas, aut morbo: postremū  
sic, aut morbo, aut vetustate formæ dignitas deflorescit. Ad festiui-  
tatem disjunctio est apposita. Quare rarius vtetur ea, ne satieta-  
tem pariat. Ad breuitatem coniunctio apposita est. Quare sepius ad-  
hibenda est. Hę tres exornationes de simplici genere manant.

30 **C**onduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut commissione Conduplica-  
tio  
rationis, eiusdem vnius, aut plurium verborum iteratio, hoc  
modo. Tumultus C. Gracchi, tumultus domesticos & intestinos  
comparat. Item, Commotus non es, cum tibi mater pedes ample-  
xaretur, non es commotus. Item, Nunc etiam audes in horum cō-  
spectum venire proditor patriæ, proditor inquam patriæ venire.  
35 audes in horum conspectum? Vehementer auditorem commo-  
uet eiusdem redintegratio verbi, & vulnus maius efficit in con-

trario cause, quasi aliquod telum sepius perueniat in eandem partem corporis.

## Interpretatio

**I**nterpretatio est, quae non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat quod positum est, alio verbo quod idem valeat, hoc modo. Rempub. radicibus euertisti, ciuitatem funditus deiecisti.

Item, Patrem nefarie verberasti, parenti manus scelerate intulisti. Necesse est eius qui audit animum commoueri, cum gravitas prioris dicti renouatur interpretatione verborum.

## Comuta.

**C**ommutatio est, cum duas sententiae inter se discrepantes ex transiectione ita effervent, ut a priore posterior contraria priori profiscatur, hoc modo. ¶ Esse oportet ut viuas, non viuere ut edas. Item, Ea re poemata non facio, quia cuiusmodi volo non possum, cuiusmodi possum nolo. Item, Quae de illo dicuntur dici non possunt; quae dici possunt, non dicuntur. Item, Si poenia loquens pictura est, pictura tacitum poema debet esse. Item, Quia stultus es, ea re taces; non tamen quia taces, ea re stultus es. Non potest dici quin commode fiat, cum contrariae sententiae translatione verba quoque conuertantur. Plura hic subiecimus exempla, ut quoniā difficile est hoc genus exornationis inveni, dilucidum esset, ut cum bene esset intellectum, facilius in dicendo inueniretur.

## Permissio.

**P**ermisso est, cum ostendimus in dicendo nos aliquam rem tota tradere & concedere alicui voluntati, sic. Quoniā oībus erexit solū mihi supeſt animus & corpus, hæc ipsa q̄ mihi de multis sola relata sunt, yobis & vestre cōdono potestati. Vos me quo pacto vobis videſt ut amini, atq̄ abutamini licebit, ipse in me q̄cqd liber statuite, dicite, atq̄ obtēpabo. Hoc gen⁹ tanetsi alias quoque non tantum tractandum est, tñ ad miā cōmouēdā vehemētissime ē accōmodat⁹.

## Dubitatio.

**D**ubitatio est, cum querere videſt orator, utrum de duob⁹ poti⁹, aut qđ de plurib⁹ potissimum dicat, hoc modo. Obfuit eo tpe plurimum res ipsa cōsum, siue stultiā, siue malitiā dicere oportet, siue vtrūq̄. Item, Tu istud ausus es dicere homo om̄ mortalium: quare quoniam te digno moribus tuis appelleme nomine.

## Expeditio. Renuncia-

**E**xpeditio est, cum rationibus compluribus ¶ enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, ceterę tolluntur, vna relinquuntur, quam nos intēdimus, hoc modo. Necesse est, cum constet istum nostrum fundum fuisse, ostendas te aut vacua-

20

25

35

um possedisse, aut vsu tuum fecisse, aut emisse, aut hæreditate tibi venisse. Vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti. Tu um vsu fecisse etiam nunc non potes. Emptio nulla profertur, hereditate tibi me viuo mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo ut me vi de meo fundo deieceris. Hæc exornatio plurimum iuuabit conjecturales argumentationes, sed non erit tam est in plerisque, vt cum velimus, ea possimus utram facere id non possemus, nisi nobis ipsa negotijs natura dabit facultatem.

**D**issolutio est, quæ coniunctionibus verborum e medio subdit. **Dissolutio-**  
10 **D**lati, partibus separatis effertur, hoc modo. Gere morte parenti. Pare cognatis. Obsequere amicis. Obtempera legibus. Item, Descende in integrum defensionem. Noli quicquam recusare. Da seruos in questionem. Stude verum inuenire. Hoc genus & acrimonijs habet in se, & vehementissimum est, & ad breuitatem ac  
15 commodatum.

**P**recisio est, cum dictis quibusdam reliquum qd coepisti est  
dici relinquitur in audiendum iudicio, sic. Mihi tecum pceratio non est, ideo q Popu. Roma, me, nolo dicere, ne cui forte arrogans videar, te autem sepe ignominia dignum putauit. Itē, Tu istud nunc audes dicere, qui nuper aliena domui, non ausim dicere, ne cum te digna dixero, me indignum quippiā dixisse videar!  
Hic atrocior tacita suspicio, q diserta explanatio facta est.

**C**onclusio est quæ breui argumentatione ex ijs quæ dicta sunt, **Conclusio-**  
aut facta, cōficit id quod necessario consequatur, hoc modo.  
25 **Q**z si Danais datum erat oraculum non posse capi Troiam sine Philectetæ sagittis, haec autem nihil aliud fecerunt nisi Alexandrum perculerunt, hunc extinguerent, id nimirum capi fuit Troiam.

#### Exornationes verborum,

30  Estant etiā decē exornationes verborū, quas idcirco nō vage dispersum, sed a superiorib⁹ separauimus, q oēs in uno gñe posite sunt. Nā earū oīm hoc p̄priū est, vt ab vsitata verboꝝ potesta te recedat, atq; in aliā rationē cū quadā venusta te oratio conferaet. De quibus exornationibus.

35 **N**ominatio ē p̄pria, q nos admonet, vt cui rei nomē aut nō sit, **Noīatio-**  
aut satīs idoneū non sit, eam nosinet idoneo verbo noīemus;

aut imitationis, aut significatiōis causa. Imitatiōis hoc modo, i  
vt maiores rudere, vagire, mugire, & murmurare, & sibilare appellariunt. Significādē rei causa, sic. Postq̄ iste in républicā fecit im-  
petum, fragor ciuitatis in primis est auditus. Hoc genere raro est  
vtendum, ne noui verbī assiduitas odium pariat, sed si commode,  
quīs eovtatur & raro, non modo non offendet nouitatem, sed etiam  
exornabit orationem.

Pronomi-  
natio.

**P**ronominatio est, quæ sicuti cognomine quodam extraneo  
demonstrat id quod suo nomine appellari non potest. Ut si  
quis cū loquatatur de Gracchis, at non Aphricani nepotes, inquiet, 10  
istiusmodi fuerunt. Item si quis de aduersario dicat. Víde te nunc,  
inquit, iudices, quēadmodum me Plagiosippus iste tractarit. Hoc  
pacto non inornate poterimus & in laudando, & in lādendo aut  
in corpore aut in animo, aut in extraneis reb⁹ dicens, sicuti † pno-  
men quod pro certo nomine collocamus.

Cognomē.

Denomina-  
tio.

**D**enominatio est q̄ a pp̄qns & finitimi⁹ reb⁹ trahit oronē, q̄  
possit intelligi res q̄ nō suo vocabulo sit appellata. Id aut ab  
inuento cōficit, vt si q̄s de Tarpeio loq̄ns, eū Capitolinū nominet.  
Aut ab inuētore, vt si q̄s p Libero vīnū, p Cérere frugem appellat.  
Aut ab iſtrumento dñm, vt si q̄s Macedonas appellari hoc mō. Nō  
tā cito Sarissę Grēcia potitē sunt. Aut idē Gallos significās dicat,  
Nec tā facile ex Italia armatura trāsalpīna depulsa est. Aut id qđ  
sit ab eo q̄ facit, vt si q̄s cum bello velit ostēdere aliquid quēpiā fe-  
cisse, dicat, Mars istud te facere necessario coegit. Aut si qđ facit  
ab eo qđ sit, vt cū desidiosam artē dicemus q̄a desidiosos facit, &  
frigus pigrum, quīa pigrōs efficit. Ab eo quod continet id qđ con-  
tinetur, hoc modo denominabitur. Armis Italia non potest vīnci,  
nec Grēcia disciplinis. Nam hīc p grēcis & Italīs q̄ continent no-  
tata sunt. Ab eo qđ cōtinet id qđ cōtinet, vt si q̄s aurū vel argētū,  
aut ebur nominet, quīd diuītias velit nosāre. Harū oīm denoīatio  
num magis in p̄cipiendo diuīsio, q̄ in q̄rendo difficultis inuentio  
est, ideo q̄ plena consuetudo est non mō poetarū & oratorum, sed  
etiam quotidiani sermonis, huiusmodi denominationum.

Circuīto.

**C**ircuītio est oratio rem simplicem assumptam circumscribens  
elocutione, hoc pacto. Scipionis prouidentia Carthaginis 35  
op̄es fregit. Nam hīc nīsi ornandi ratio qđam esset habita, Scipio

potuit & Carthago simpliciter appellari.

**T**ransgressio est quæ verborum perturbat ordinem, peruersio  
ne aut transiectio. Peruersione sic. Hoc vobis deos imitor  
tales arbitror dedisse virtute pro vestra, Transiectio, hoc modo,  
5 Instabilis in istum plurimum fortuna valuit. Item, Omnes inuidio-  
se eripuit tibi bene viuendi casus facultates. Huiusmodi transie-  
ctio quæ rem non reddit obscuram multum proderit ad continua-  
tiones, de quibus ante dictum est: in quibus oportet verba sicut a  
poetis in quandam extruere numerum, ut perfecte & † perpoliti-  
10 sim possint esse absolutæ.

Transgres-  
sio.

†perpolite.  
Superlatio

**S**uperlatio est oratio superans veritatem, alicuius augendi, mi-  
nuendive causa. Haec sumitur separatim, aut cum comparatio  
ne. Separatim sic. Quod si concordiam retinebimus in ciuitate, impe-  
rii magnitudinem solis ortu, atque occasu metiemur. Cum compa-  
15 ratione, aut a similitudine, aut a præstantia superlatio sumitur.  
A similitudine sic. Corpore nivium candorem, aspectu igneum ar-  
dore assequebatur. A præstantia, hoc modo. Cuius ore sermo mel-  
le dulcior profluebat. Ex eodem genere hoc est. Tantus erat in ar-  
mís splendor, ut solis fulgor obscurior videretur.

20 **I**ntellectio est, cum res tota parua de parte cognoscitur, aut de Intellectio.  
toto pars. De parte totum sic intelligitur. Non ille te nuptiales  
tibiae eius matrimonij commonebant? Nam hic omnis sanctimoni-  
a nuptiarum uno signo tibiarum intelligitur. De toto pars, ut  
si quis ei, qui vestitum, aut ornatum sumptuosum ostentet, dicat.

25 Ostentas mihi dñitias, & locupletes copias factas. Ab uno plura  
intelliguntur, hoc modo. Poco fuit Hispanus auxilio, fuit immi-  
nis ille transalpinus, in Italia quoque idem non nemo togatus sensit.  
A pluribus vnum sic intelligitur. Atrox calamitas pectora moero  
re pulsabat: itaque anhelans ex imis pulmonibus pre cura spiritus du-  
30 cebatur. Nam in superioribus plures Hispani, & Galli, & togati,  
& hic unus pectus, & unus pulmo intelligitur, & erit illuc diminu-  
tus numerus festiuitatis, hic adactus grauitatis gratia.

35 **A**busio est quæ verbo simili, & propinquo pro certo, & proprio  
abutitur, hoc modo. Vires hominis breues sunt, aut parua  
statura, aut longum in homine consilium, aut oratio magna, aut  
yti paucō sermone. Nam hic facile est intellectu, finitima verba re-

rum dissimilium, ratione abusionis esse traducta.

Translatio-

**T**ranslatio est, cum verbum in quandam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem recte videtur posse trasseri. Ea vtimur rei ante oculos ponendae causa, sic. Hic Italiam tumultus expergesecit terrore subito. Breuitatis causa sic, Recens aduentus exercitus subito ciuitatem extinxit. Obscenitatis vitadem causa sic, cuius mater quotidianis nuptijs delectatur. Augendi causa sic, Nullius moeror & calamitas istius explere inimicitias, & nefariam saturare crudelitatem potuit. Minuendi causa sic, Magno se predicat auxilio fuisse, quia paululum in reb⁹ difficillimis aspirauit. Ornandi causa sic, Aliquando reipublicationes, qua malitia nocetum exaruerant, virtute optimatum reuirescant. Translationem prudentem dicunt esse oportere, ut cum ratione in cōsimilem rem transeat, ne sine delectu temere & cupide videatur in dissimilem rem transcurrisse.

Permuta-  
tio.

Translatio-  
nes piures.

**P**ermutatio est oratio aliud verbis, aliud sententia demonstrans: Ea dividitur in tres partes, similitudinem, argumentum, contrarium. Per similitudinem sumitur, cum translationes una aut plures frequenter ponuntur a simplici ratione ductæ sic. Nam cum canes fungantur officijs luporum, cuinam præsidio pecuaria credimus? Per argumentum tractatur, cum a persona, aut a loco, aut a re aliqua similitudo augendi, aut minuendi causa ducitur, vt si quis Drusum, Gracchum, Numitoremq; obsoletum dicat. Ex contrario ducitur sic, Vt si quis hominem prodigum, & luxuriosum illudens, parcum & diligentem appellat. Et in hoc postremo, quod ex contrario sumitur, & illo primo, quod a similitudine ducitur, per translationem argumento poterimus uti, per similitudinem, sic. Quid ait hic rex, atq; Agamemnon noster, siue vt crudelis est, potius Atreus? Ex contrario, si quem impium qui patrem verberauerit, Aeneam vocemus: intemperantem & adulterum, Hippolytum nominemus.

Hæc sunt fere, quæ dicenda videbantur de verborum exortationibus, nunc res ipsa monet, vt deinceps ad sententiarum exortationes transeat.

Exortationes Sententiarum,



Istributio est, cum in plures res, aut personas ne  
gocia certa quædam dispertiuntur, hoc modo.

Distribu-  
tio.

Qui vestrum iudices nomine senatus diligit, huc  
oderit necesse est: petulatissime enim semper iste  
oppugnauit senatum: qui equestrem locum splen-  
didissimum cupit esse in ciuitate, is oportet, isti  
maximas poenas dedisse velit, ne iste sua turpitudine ordinis hone-  
stissimo maculae atque dedecori sit: qui parentes habetis, extendite  
istius supplicio, yobis homines impios non placere: quibus liberi  
sunt, statuite exemplum, quanta poena in ciuitate sint hominibus  
huiusmodi comparatae. Itē, Senatus officium est, consilio ciuitatem iuuare,  
Magistratus officium est, opera & diligentia consequens Senatus voluntatem.  
Populi est officium, res optimas, & homines idoneos maxime suis sententijs eligere, & probare. Accusatoris officium est, inferre crimina. Defensoris,  
diluere & propulsare. Testis est, dicere quæ scierit, aut audierit.

Quæsitoris est, ynumquacunque horum in officio suo continere,

Quare L. Cassi, si in causa testem præterquam quod sciat aut audierit,  
argumentari, & conjectura prosequi patieris, ius accusatoris cum  
iure testimoniij commiscebis, testis improbi cupiditatem confir-  
mabis, reo duplarem defensionem parabis. Est haec exornatio copiosa.  
Comprehendit enim brevi multa, & suum cuique tribuens, officium separat, & res diuidit plures.

**L**icentia est, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debe-  
mus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos mini-  
me offendat, aut quos hi diligunt, cum in aliquo errato vere repre-  
hendis posse videantur, hoc modo.

Miramini Quirites, quod ab omnibus vestra rationes deferantur,  
quod causam vestram nemo suscipiat, quod se nemo vestri defensorem  
profiteatur: id tribuite vestrae culpæ. Atque desinete istud mirari.  
Quid est enim, quare non omnes istam rem fugere, ac vitare debeant?  
Recordamini, quos habueritis defensores, studia eorum vobis  
ante oculos proponite.

Deinde exitus omnium considerate, tum vobis veniat in men-  
tem, ut vere dicam. Negligentia vestra, siue ignavia potius, illos  
omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum vestris:  
suffragijs in amplissimum locum peruenisse.

Item, Nam quid fuit iudices, quare in sententijs ferundis dubitaueritis, aut istum hominem nefarium ampliaueritis? non apertissime res erant criminis datae? non omnes haec testibus comprobatae? non contra tenuiter, & nugatorie responsum? Hic vos veriti estis, si primo coetu condemnassetis, ne crudeles existimaremini. Dum eam vitastis vituperationem, quae loge a vobis erat abfutura, eam inuenistis, vt timidi atque ignavi putaremini. Maximas & priuatas & publicas calamitates accepistis, cum etiam maiores impendere videantur, sedetis & oscitamini. Luce noctem, nocte lucem expectatis. Aliquid quotidie acerbi atque incommodi nunciatur, & eum cuius opera nobis haec accidunt, vos remoramini diutius & alitis, ac reipublica perniciem retinetis quoad potestis in ciuitate. Eiusmodi licentia si nimium videbitur acrimoniae habere, multis mitigationibus lenieretur: nam continuo aliquid huiusmodi licebit inferre. Hic ego virtutem vestram quero, sapientiam desidero, veterem consuetudinem requiro: vt quod erit commotum licentia, id laude mitigetur, vt altera res ab iracundia, & molestia remoueat, altera res ab errato deterreat. Haec res, sicut in amicitia, ita in dicendo, si loco fit, maxime facit vt & illi qui audient, a culpa absint, & nos qui dicimus, amici eorum, & veritatis esse videamus. Est autem quoddam genus licentiae in dicendo, quod astutiore ratione comparatur, cum aut ita obiurgamus eos qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt obiurgari, aut id quod scimus facile omnes audituros, dicimus nos timere quomodo accipiunt, sed tamen veritate commoueri, vt nihil secius dicamus. Horum amborum generum exempla subiiciemus. Prioris huiusmodi. Nimirum Quirites, animis estis simplicibus & mansuetis, nimium creditis vnicuique, existimatibus vnumquemque eniti, vt perficiat quae vobis pollicitus sit: erratis, & frustra falsa spe iandiu detinemini. Stultitia vestra est, quia quod erat in vestra potestate, ab alijs petere, quod ipsis sumere maluistis. Posterioris licentie hoc erit exemplum. Mihi cum isto iudices fuit amicitia, sed ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sint, tamen dicam, vos me priuastis, quid ira? quia vt vobis essem probatus, eum qui vos oppugnabat, inimicum, quod amicum habere malui. Ergo haec exornatio, cui licentia nomen est, sicuti demonstrauimus, duplice ratione tractabitur: acrimonia, quae si nimium fuerit

I aspera,mitigabitur laude & affimulatione , de qua superius diximus,quæ non indiget mitigationis, propterea q̄ imitatur licentiam,& sua sponte se ad animum auditoris accommodat.

**D**iminutio est,cum aliquid esse in nobis,aut ijs quos defendimus,aut natura,aut fortuna,aut industria dicemus egregium,quod ne qua significetur arrogans ostentatio, diminuitur,& attenuatur oratione,hoc modo.Nam hoc pro meo iure iudices dicco,me labore,& industria curasse,vt disciplinam militarem non in postremis tenerem.Hic si quis dixisset,vt optime tenerem,tamen vere dixisset,tamen arrogans visus esset,nunc & ad inuidiam vi tandem,& ad laudem comparadam satis dictum est. Item,ytrum igitur avaritia causa,aut egestatis accessit ad maleficium? Avaritia!at largissimus fuit in amicos,quod signum liberalitatis ē,quæ contraria avaritiae est.Egestatis!at huic quidem pater,nolo nimis dicere,non tenuissimum patrimonium reliquit.Hic quoq; vietatum est,ne magnum,aut maximum diceretur.Hoc igitur in nostris,aut eorum,quos defendemus,egregijs commodis proferedis obseruabimus.Nam eiusmodi res & inuidiam contrahunt in vita,& odium in oratione,si inconsiderate tractes.Quare quoadmodum ratione in viuendo fugitur inuidia , sic in dicendo consilio vitatur odium.

**D**escriptio noſatur,q̄ rerū cōſequētiū cōtinet perspicuam,& dilucidam cū grauitate expositionē,hoc modo.Qz si istum iudices vestris sentētijs liberaueritis, statim sicut e cauea leo misfus,aut aliqua teterima bellua soluta ex catenis volitabit,& vagabif in foro acuēs détes inultos in cuiusq; fortunas,in amicos atq; inimicos,notos atq; ignotos incursans,aliorū famā depeculās,alio rū caput oppugnās.Aliorū domū ac oēm familiā pfringens,rēpu funditus labefactans. Quare iudices eiſcite eū de ciuitate,liberate oēs formidine,yobisq; ipsis cōſulite: nā si istū ipunitū dimiseritis, in vosmet ipsos,mīhi credite,ferā,& truculētā bestiā iudices simiseritis.Itē,Nā si de hoc iudices grauē ſetētiā tuleritis,yno iudicio ſimul multos iugulaueritis,grādis natu parēs , cui⁹ ſpes ſenectutis oīs in hui⁹ adoleſcētiā poſita eſt,quare velit in vita manere, nō habebit,filij parui priuati patris auxilio,iudibrio , & deſpectuī pater nis inimicis erunt oppositi , tota domus huius indigna concidet

calamitate, at inimici statim sanguinolenta palma, crudelissima vi et  
ctoria potiri insultabunt in horum miserias, superbi re simul & ver-  
bis inuehetur. Item, Nam neminem vestrum fugit. Quirites capta  
vrbe, quae miseriae consequi soleant, arma qui contra tulerint, sta-  
tim crudelissime trucidantur, cæteri qui possunt per astatem, & vi  
res laborem ferre, rapiuntur in seruitutem, qui non possunt, vita  
priuantur: uno deniq; , atq; eodem tempore domus hostili flagrat  
incendio, & quos natura aut voluntas necessitudine, aut benevolē-  
tia coniunxerit, distrahuntur, liberi partim e gremijs parentum di-  
ripiuntur, partim in sinu iugulātur, partim ante pedes constuprā-  
tur, nemo iudices est, qui possit satis rem consequi verbis, nec refer-  
re oratione magnitudinem calamitatis. Hoc genere exornationis,  
vel indignatio, vel misericordia potest commoueri, cum res con-  
sequentes comprehensę vniuersę perspicua breuiter exprimuntur  
oratione.

## Diuisio.

**D**iuisio est, quae rem semouens à re, utramp; absoluít ratione  
subiecta, hoc modo. Cur ego nunc tibi obisciam quicq; si p-  
bus es, non meruisti: si improbus, num commoueris? Item, Quid  
nunc ego de meis proprijs meritis prædicem? si meministis obtu-  
dam: si obliti estis, cum re nihil egerim, quid est quod verbis pro-  
ficere possim? Item, Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe-  
ſi compendium cōmouere, inopia atq; auaritia, te auarum in fra-  
ternâ diuisione cognouimus, inopem atq; egentem nūc videmus,  
qui potes igitur ostendere causam maleficij non fuisse? Inter hanc  
diuisionem, & illatu que de partibus orationis tertia est, de qua in  
libro primo diximus secundum narrationem, hoc interest. Illa di-  
uīdit per enumerationem, aut per expositionem, quibus de rebus  
in tota oratione disputatio futura sit: hec se statim explicat, & bre-  
ui duabus, aut plurib; partibus subiaciēs rōnes, exornat orationē.

## Frequentatio

**F**requentatio est cum res in tota causa dispersę cogūtur vnu-  
in locum, quo grauior, aut acrior, aut criminofior oratio sit,  
hoc pacto. A quo tandem abest iste vītio? quid est iudices, cur ve-  
litis eum liberare? Suæ pudicitia proditor est, insidiator alienæ,  
cupidus, intemperans, petulans, superbus, impius in parentes, in-  
gratus in amicos, infestus cognatis, in superiores contumax, in  
cognatos, aquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis, deniq; in omnes

i intolerabilis. Eiusdem generis est illa frequentia, quae plurimum conjecturalibus causis opitulatur, cum suspitiones, quae separatim dictæ, minutæ, & infirmæ erant, vnum in locum coactæ rem videntur perspicuam facere, non suspitionem, hoc pacto. Nolite igitur,  
 5 nolite iudices ea quæ dixi, separatim spectare, sed omnia colligite, & conferte in vnum. Si & commodum ad istum ex illius morte veniebat, & vita hominis est turpissima, animus auarissimus, fortuna  
 10 † familiares attenuatissimæ, & res ista nemini bono prater istum fuit, neq; alius quisq; æque commode, neq; iste commodiori bus alijs rationibus facere potuit: neq; præteritum quicq; est ab isto, quod opus fuerit ad maleficium, neq; factum quod opus non fuerit, & cum locus idoneus maxime quæsusitus, tum occasio aggrediendi commoda, tempus ad eundi opportunissimum, spatium cōficiendi longissimum sumptum est non sine maxima occultandæ,  
 15 & perficiendæ maleficij spe: & præterea anteq; occisus homo is est, iste vius est in eo loco in quo est occisio facta, solus. Paulo post in ipso loco maleficij vox illius qui occidebatur, auditæ est: deinde post occasionem, istum multa nocte domum redisse constat, postera die titubanter, & inconstanter de occisione illius locutum,  
 20 Hæc partim testimonijs, parvum quæstionibus, & argumentis oīa comprobantur, & rumore populi, quem ex argumentis natum necesse est esse verum: vestrum iudices est his vniū in locum collatis, certam sumere scientiam, non suspitionem maleficij. Nam vnu aliquid, aut alterum potest in istum † casu cecidisse suspitione, ut †casum.  
 25 omnia inter se a primo ad postremum conueniant maleficia, necesse est casu non posse fieri. Vehemens est hæc exornatio, & in conjecturali constitutione causæ ferme semper necessaria, & in cætris generibus causarum, & in omni oratione adhibenda nonnunq;  
 30 **E**xpositio est, cum in eodē loco manemus, & aliud atq; aliud Expositio. dicere videntur. Ea autē dupliciter fit, si aut eandē plane dicimus rem, aut de eadē re. Eandē rē dicemus nō eodē modo, nā id quidem obtundere auditorem est, non rē expolire, sed cōmutare. Cōmutabimus tríplíciter, verbis, pronunciando, tractādo. Verbis cōmutabimus, cū res semel est dicta, iterū, aut sepius alijs verbis, q; idem valeant, eadē res proferet, hoc modo. Nullū tñ est periculū, qd sapientis p̄ salute patriæ vitandū arbitret. Cū augēt incolumentas

perpetua ciuitatis, qui bonis erit rationibus praedit<sup>9</sup>, profecto nullum vita discrimen sibi pro fortunis reipu. fugiendum putabit:& erit in ea sententia semper, ut pro patria studiose, in quis magnam descendat vita dimicacionem. Pronunciando commutabimus, si tum in sermone, tu in acrimonia, tuni in alio, atque alio genere vocis atque gestus, eadem verbis commutando. Pronunciatione quoque vehementius immutabimus. Hoc neque commodissime scribi potest, neque parum est apertum, quare non eget exempli. Tertium genus est commutationis quod tractando conficitur, si sententiam traiiciemus, aut ad sermonizationem, aut ad exuscitationem. Sermonizatione est, de qua planius paulo post suo loco dicemus. Nunc breuiter ad hanc rem quod sati sit attingemus, in qua constitutetur alicuius personae oratio accommodata ad dignitatem, hoc modo, ut quo facilius res cognosci possit, ne ab eadem sententia redamus. Sapiens, qui omnia reipub. causa suscipienda pericula putabit, saepè ipse secum loquitur. Non mihi, solis etiam atque adeo multo potius natus sum patriæ: vita quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum soluatur. Alluit haec me tute atque honeste, perduxit usque ad hanc artatem, munijt meas rationes bonis legibus, optimis moribus, honestissimis disciplinis. Quid est, quod a me sati ei persolui possit, ynde haec accepta sunt? Quia haec loquitur secundum sapiens, saepè ego in periculis reipub. nullum ipse periculum fugi. Item mutatur res tractando, si traducitur ad exuscitationem, cum & nos commoti dicere videamus, & auditoris animum commouemus, sic. Quis est tam tenui cogitatione praeditus, cuius animus tantis angustijs inuidiae continetur, qui non hunc hominem studiosissime laudet, & sapientissimum iudicet? qui pro salute patriæ, pro incolumitate ciuitatis. Pro reipub. fortunis, quis magnū atque atrox periculum studiose suscipiat, & libenter subeat. Evidē huc hominem magis cupio sati laudare, quod possim, idemque hoc certo scio vobis omnibus vsu venire. Eadem res igitur his tribus in disendo commutabitur rebus, verbis, pronunciando, tractando: sed tractando dupliciter, sermonizatione, & exuscitatione. Sed de eadem re cum dicemus, pluribus utemur commutationibus. Nam cum rem simpliciter pronunciauerimus, rationem poterimus subiungere. Deinde duplē, vel sine rationibus, vel cum rationibus pronun-

i ciare sententiam. Deinde afferre contrarium , de quibus omnibus  
 diximus in verborum exornationibus. Deinde simile & exemplum,  
 de quo suo loco plura dicemus. Deinde conclusionem, de qua in se-  
 cundo libro, quae opus fuerunt, diximus, demonstrantes argumen-  
 s tationem, quemadmodum concludere oporteat. In hoc libro docui-  
 mus, cuiusmodi esset exornatio verbī , cui conclusioni nomen est.  
 Ergo huiusmodi vehementer ornata poterit esse expolitio, que co-  
 stabit ex frequentibus exornationibus verborum, & sententiārum.  
 Hoc modo igitur septem partibus tractabitur: sed ab eiusdem sen-  
 tentiae non recedamus exemplo, ut scire possis, quod facile preceptioē  
 rhetorica res simplex multiplici ratione tractetur. Sapiēs nullum  
 pro repub. periculum vitabit, ideoq; sepe fit, ut cum pro republi-  
 ca perire noluerit, necessario cum republica pereat. Et quoniam sunt  
 omnia commoda a patria accepta, nullum incommodum pro pa-  
 tria graue putandum est: ergo qui fugiunt id periculum quod p  
 repub. subeundum est, stulte faciūt. Nam neq; effugere incommo-  
 da possunt, & ingratī in ciuitatem reperiuntur. At qui patrię peri-  
 cula suo periculo expertunt, hi sapientes putandi sunt, cum & eum  
 quem debent honorem reipub. reddunt, & pro multis perire ma-  
 lunt, quod cum multis. Etenim vehementer est iniquum, vitam quam  
 a natura acceptam propter patriam conseruaueris, naturae cum co-  
 gat reddere, patriae cum roget non dare: & cum possis cum sum-  
 ma virtute & honore p patria interire, malle per dedecus & igna-  
 uiām vivere: & cum pro amicis, & parentibus, & ceteris necessa-  
 rijs adire periculum velis, pro repub. in qua & hoc, & illud sanctissi-  
 sum nomen patriae continetur, nolle in discrimen venire. Itaq;  
 vtī contemnendus est, qui in nauigando se, quod nauim mauult in-  
 columē: ita vituperandus, qui in reipub. discrimine sue plus quod co-  
 munī salutē consulit. Nave enim fracta, multi incolumes † euase-  
 runt, ex naufragio patriae saluus nemo potest enatare. Quod mihi  
 bene videtur Decius intellexisse, qui se deuouisse dicitur, & pro le-  
 gionibus in hostes misisse medios. Vnde amisit vitam, at non per-  
 didit: re enim vilissima & parua maximam redemit: dedit vitam,  
 accepit patriam: amisit animam, potitus est gloria, que cum sum-  
 ma laude p̄dita vetustate quotidie magis enitescit. Qz si p̄ repu-  
 debere accedere ad periculum, & ratione demonstratum est, & ex-

emplo comprobatum, si sapientes sunt existimandi, qui nullum p*ro* salutē patriæ periculum vitant. In his igitur generibus expolitio versatur, de qua producti sumus ut plura dicemus, q*uo* non modo cum causam dicimus, adiuuat, & exornat orationē, sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare conueniet extra causam in exercendo rationes adhibere expolitionis, in dicendo uti cum exornabimus argumentationem, de qua diximus in libro secundo.

Commora-  
tie.

**C**ommoratio est, cum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sepius redditur. Hac uti maxime conuenit, & id est oratoris boni maxime proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima dimouendi. Huic exemplum satis idoneum subiici non potuit, propterea q*uo* hic locus non est a tota causa separatus, sicut membrum aliquod, sed tanq*ue* sanguis profusus est per totum corpus orationis.

## Contentio.

**C**ontentio est per quam contraria referuntur. Ea est in verbis plurim exornationib*us*, ut ante docuimus, eiusmodi. Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem prebes. In sententiārum huiusmodi. Vos huius incommodis lugetis, iste reipublica calamitate lettatur. Vos vestris fortunis diffiditis, iste solus suis eo magis confidit. Inter haec duo contentionum genera hoc interest: illud ex verbis celeriter relatīs constat, hic sententiæ contrariæ ex comparatione referantur oportet.

## Similitudo.

**S**imilitudo est oratio traducens ad rem quāpiam aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur, aut ornandi causa, aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi. Et quo modo quatuor de causis sumitur, ita quatuor modis dicitur per contrarium, per negationem, per breuitatem, per collationem. Ad vnamquaque sumendae causam similitudinis accommodabimus singulos modos pronunciandi.

Per contra-  
rium.

## Exandentes.

Ornandi causa sumit per contrarium, sic. Non enim quemadmodū in palestra q*uo* tēdas, ardētes accipit, celerior est in cursu continuo q*uo* ille q*uo* tradit, ita melior īmpator nouus, q*uo* accipit exercitū, q*uo* ille q*uo* decepit, propterea q*uo* defatigatus cursor integro facē, hic perit īmpator īpito exercitū tradit. Hoc sine simili sat plane, & pspicue, & p*rae*biliter dici potuit, hoc mō. Dicit minus bonos īmpatores a melio

i tribus exercitū accipe solere. Sed ornādī causa simile sumptum est,  
vt orationī dignitas quædam comparetur.

Dictum est aut̄ per contrariū. Nam rūc similitudo sumit̄ p con-  
trariū, cū ei rei quā nos pbamus, aliquā rem negamus esse similem  
5 vt paulo ante, cū de cursorib⁹ afflerebam⁹. Per negationē dicet̄ pro  
bandī causa, hoc modo. Neq; equus īdomit⁹, q̄uis natura bñ cō-  
positus sit, idoneus pōt̄ esse ad eas vtilitares, & aptus, q̄ desiderant̄  
ab equo: neq; hō īdoctus, q̄uis sit ingeniosus, ad virtutē pōt̄ pue-  
nire. Hoc pbabilis factū est, q̄ magis est verisimile, nō posse vir-  
10 tutē sine doctrina cōparari, qm̄ nec equus qdem īdomit⁹ idone⁹  
poslit̄ esse: ergo sumptum est probandi causa.

Dictum est autem per negationem. Id enim perspicuum est de  
primo similitudinis verbo. ¶ Sumitur & apertius dicendī causa  
simile per breuitatem, hoc modo. In amicitia gerenda, sicut in cer-  
15 tamine currendi non ita conuenit exerceri, vt quoad necesse sit, p-  
uenire possis, sed vt productius studio, & vtribus vltra facile pro-  
curras. Nam hoc simile est, vt apertius intelligatur, mala ratione  
facere eū qui reprehendant eos, qui verbi causa post mortē amicili  
beros eius custodian, propterea q̄ in cursore tantum velocitatis  
20 esse oporteat, vt efferatur v̄sq; ad finem, in amico tantum beneuo-  
lentiæ studiū, vt vtra q̄ amicus sentire poslit̄, procurat amici-  
tiae studio.

Dictum autem simile est per breuitatem. Non enim ita vt in cę-  
teris rebus res ab re separata est, sed vtręq; res coniuncte, & confu-  
25 se pronunciatæ sunt. Ante oculos ponendī negotiū causa, sumetur  
similitudo cum dicetur per collationem, sic.

Vtī citharœdus, cum prodierit optime vestitus, palla īaurata  
indutus, cum chlamyde purpurea colorib⁹ varijs intexta. Et cū  
corona aurea magnis fulgentib⁹ gēmis illuminata, cithara tenēs  
30 exornatissimā, auro & ebore distinctā, ipse p̄terea forma, & specie  
fit, & statura apposita ad dignitatem, si cum magnam populo cō-  
mouerit his rebus expectationem, repente silentio facto, vocē emit̄  
tat acerbissimā cum turpissimo corporis motu: quo melius orna-  
tus sit, & magis fuerit expectatus, eo magis derisus, & cōteptus eij  
35 citur: ita siq; in excelsō loco, & in magnis, ac locupletib⁹ copijs col-  
locatus, fortunę muneribus, & naturae cōmodis omnibus abunda-

Per nega-  
tionem.

¶ Apertius  
dicendi cau-  
sa similitu-  
do dicitur  
per breuita-  
tem.

bit, si virtutis, & artium, quæ virtutis magistræ sunt, egebit: quo i magis cæteris rebus erit copiosus, & illustris, & expectatus, eo vehementius derisus, & contemptus ex omni conuertu bonorum ejus cietur. Hoc simile exornatione utriusq[ue] rei, & alterius inscitia artificij, alterius stultitia similis ratione collata, sub aspectu omnium rem subiecit.

Dictum autem est per collationem, propterea q[uod] proposita similitudine, paria sunt omnia relata. In similibus obseruare oportet diligenter, vt cum rem afferamus similem, cuius rei causa similitudinem attulerimus, verba quoq[ue] ad similitudinem habeamus accōmodata, id est huiusmodi. Ita vt hirundines æstiuo tempore prestanto sunt, frigore pulse recedunt, ex eadē similitudine, nunc per translatiōnem verba sumimus, ita falsi amici sereno vītæ tempore prestanto sunt, simulatq[ue] hyemem fortunæ viderint, deuolat omnes. Sed inuentio similiūm facilis erit, si quis sibi omnes res animatas, & inanimatas, mutas, & loquentes, feras, & mansuetas, terrestres, & caelestes, & marítimas, artificio, casu, natura cōparatas, vītatas, atq[ue] inusitatas, frequēter ante oculos poterit ponere, & ex his aliquam venari similitudinem, quæ aut ornare, aut docere, aut apertiorē rem facere, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei necessē est similis sit, sed ad ipsum ad quod conferetur similitudinem habeat oportet.

## Exemplū.

**E**xemplum est alicuius facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine propositio. Id sumitur ijsdem de causis, quib[us] similitudo. Rem ornatorem facit, cum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur. Apertiorē, cum id quod sit obscurius, magis dilucidum reddit. Probabiliorē, cum magis verisimilē facit.

Ante oculos ponit, cum exprimit omnia perspicue, vt res dicta p[ro]pe manu tentari possit. Vniuersiūq[ue] generis singula subiecimus exempla, nisi exemplum quod genus esset in expolitione demonstrassemus, & causas sumendi in similitudine aperuissemus. Quare noluimus, neq[ue] pauca quo minus intelligeretur, neq[ue] re intellecta, plura conscribere.

## Imago.

**I**magō est formæ cū forma cū quadā similitudine collatio. Hæc sumit, aut laudis, aut vituperationis causa. Laudis causa, sic. Ibat in præliūm corpore tauri validissimi, ipetu leonis acerrimi similia.

Vituperationis, vt in odiū, aut in iñuīdiā, aut in cōtēptionē ad ducat, vt in odium, hoc modo. Iste quotidie p forum meditū tanq̄ iubatus draco serpit, dentibus ad uncis, aspectu rabido, spiritu venenato, circunspectas huc & illuc, si quē reperiat, cuī aliquid mali fauicibus afflare, quē ore attingere, dentib⁹ infecare, lingua aspergere possit. Vt in iñuīdiā adducat, hoc modo. Iste q̄ diuitias suas iactat, sicut gallus e Phrygia, aut ariolus quispiā depressus, & oneratus auro clamat, & t̄ delirat. Vt in cōtēptionē adducat, sic, Iste, t̄ deierat, qui tanq̄ cochlea abscondens, retentat se se tacitus, quo sit tutus, comeditur cum domo sua, & aufertur.

**E**fficiō est, cum exprimif, & effingit verbis corporis cuius- Efficiō.  
piam forma, quoad satiis sit ad intelligendū, hoc modo. Hūc dico iudices rubrum, breue, incuruum, canum, subcripsum, cefiū, cui sane magna est in mento cicatrix, si quo modo potest vobis in memoriam redire. Habet hec exornatio cū vtilitatē, si quā velis ostendere, tum venustatē, si breuiter, & dilucide facta est.

**N**otatio est, cum alīcuius natura certis describit signis, quae Notatio.  
sicuti notę quædam naturę sunt attributa. Vt si velis nō diuitē, sed ostentatorē pecuniosum describere, Iste inquies, iudices, qui se dici diuitē putat esse preclarū, primū nunc videte, quo vulneru nos intueat, nōne vobis videā dicere, dare, si mihi molesti non essetis: cum vero sinistra metum subleuat, existimat se gēmē nitorē, & auri splēdore aspectus omnium perstringere. Cum puerum respicit hunc vnum, quem ego noui, vos nō arbitror nouisse, alio nomine appellat, deinde alio atq̄ alio, heus tu inquit, veni Sānio, ne quid isti barbari perturbent, vt ignoti qui audiūt, vnum putēt eligi de multis, ei dicit in aurē, aut ut domi lectuli sternantur, aut ab auunculo roget athiops, qui ad balneas veniat, aut astrurconi locus ante ostium suum det, aut aliquid fragile falsae choragiūm gloriae cōparet. Deinde exclamat, vt omnes audiant, videro ut diligenter enumeref, si potest ante noctē. Puer qui iam bene hominis naturam nouit, tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit, duc tecum Lībanum, & Sosiā. Sane. Deinde casu veniunt hospites homini, t̄ qui istum splendide, f̄ q̄s dū iste dum peregrinaret, receperunt, ex ea re homo hercle sane cōturba- sp̄lēdide p̄e- tur, sed tamen a yitio nature non recedit. Bene, inquit, facitis cum grinaret in uitauerat.

venit̄, sed rectius fecisset̄, si ad me domum recta abīsset̄. Id fe-  
cissemus inquirunt illi, si domū nouissemus. At istud quidem faci-  
\* eun̄t̄ cū. Ie fuit vndelibet inuenire. Verum p̄ ite mecum: sequunt̄ illi, ser-  
mo interea huius cōsumit̄ om̄is in ostentatione. Quarit̄ in agris  
cuiusmodi frumenta sunt, negat se, q̄a vīlē incēs̄ sint, accedere pos-  
se, nec ædificare etiā nunc audere, tametsi in Tusculano quidē coe-  
pī insanire, & in ijsdē fundamētis ædificare. Dum h̄c loquit̄, ve-  
nit̄ in ædes quasdam, in q̄b⁹ sodalitiū erat eodem dīe futurū, quo  
iste p̄ notitia domini adiū ingredit̄ cū hospitib⁹, hic inquit̄, ha-  
bito, p̄spic̄t argētū qđ erat expositū, v̄isit triclinium stratum, p̄  
bat, accedit̄ seruulus, dicit hominī clare dominū iam venturum, si  
velit exire. Ita ne inquit̄: Eam⁹ hospites, frater venit̄ ex Salerno, ego  
illi obuiam perga, x̄ vos hoc decima venitote, hospites discedūt.  
Iste se raptim domū suā coniçit̄, illi decima, quo iusserat, veniūt,  
quærunt hunc, reperiunt domus cuia sit, in diuersorū derisi cōfe-  
runt sese. Vident̄ hominē postera dīe, narrant̄, ex postulant̄, accu-  
sant̄, ait̄ iste eos similitudine loci deceptos, angīporto toto deer-  
rasse, cōtra valetudinē suā se ad multam noctē expectasse. Sannio-  
ni puero negocium dederat, vt vasa, vestimenta, pueros corroga-  
ret, seruulus nō inurbanus satis strenue & cōcīne comparat, iste 20  
hospites domum deducit. Ait se ædes maximas cūdam amico ad  
nuptias accōmodasse, nunciat̄ interea puer argētū repeti (pertī  
muerat enim, qui cōmodarat) Apagete, inquit̄, ædes cōmodauī, fa-  
miliā dedi, argentum quoq̄ vult̄, tametsi hospites habeo, tamen  
yt̄ licet, nos Samijs delectabimur. Quid ego quē deinde efficiat, 25  
narre: eijsmodi est hominīs natura, vt quē singulis dieb⁹ efficiat  
gloria, atq̄ ostētatione, ea vix annuo sermone enarrare possim. Hu-  
ijsmodi notationes, quē describūt qđ cōsentaneū sit vniuersiūs  
naturę, vehementer habent magnā delectationē, totam enim natu-  
ram cuiuspiam ponunt ante oculos, aut gloriōsi, vt nos exēpli cau-  
sa cooperamus, aut inuidi, aut timidi, aut auari, ambitiosi, amato-  
rii, luxuriosi, furii, quadruplatoris, deniq̄ cuiusvis studium, p̄tra-  
hi potest in medium tali notatione.

Sermocinatio  
natio.

**S**ermocinatio est, cum alicui personę sermo attribuitur, & is ex  
ponit̄ cum ratione dignitatis, hoc pacto. Cum militib⁹ viris 35  
redundaret, & omnes timore oppressi domi continerentur, venit̄

- i iste cum fago,gladio succinctus,tenēs iaculum,quinque adolescentes hominem simili ornatu subsequitur,irruptit in ædes subito, deinde magna voce,Vbi est iste beatus,inquit,ædium dominus! quin mihi præsto fuit?quid tacetis?Hic alij omnes stupidi timor,  
 5 re obmutuerunt. Vxor illius infelicissimi cum maximo fletu ad istius pedes abiecti sese,Parce inquit,& per ea quæ tibi dulcissima sunt in vita,miserere nostri,noli extinguere extinctos. Fer manu suete fortunam,nos quoque fuimus beati,nosce te esse hominem. At ille,quin illum mihi datis,ac vos auribus meis opplorare desi  
 10 nitis?non abibit. Illi nunciatur interea venisse istum,& clamore maximo mortem minari. Quod simul ut audiuit,heus,inquit, Gorgia pedissequa puerorum,absconde pueros,defende,fac ut incolumes ad adolescentiam perducas. Vix hæc dixerat,cum ecce iste præsto,sedes,inquit,audax?non vox mea tibi vitam ad  
 15 emit?exple meas inimicitias,& iracundiam saturam tuo sanguine. Ille cum magno spiritu,metuebam inquit,ne plane vietus essem,nunc video in iudicio mecum contendere non vis, vbi superari turpissimum est,superare pulcherrimum,interfice  
 re me vis,occidat equidem,sed vicitus non peribo. At ille,in ex  
 20 tremo vita tempore etiam sententiose loqueris,neque ei quem vi des dominari,vis supplicare?Tum mulier,immo quidem iste roget & supplicat,sed tu queso commoueare:& tu per deos inquit, hunc amplexare,dominus est,vicit hic te,vince tu nunc animum. Cur non desinis,inquit,vxor loqui,quae me digna non sunt:tace,  
 25 & quae curanda sunt,cura tu cessas mihi vitam,tibi omnem bene vivendi spem mea morte eripere?Iste mulierē repulit ab se lamentantem:illī nescio quid incipienti dicere quod dignum videlicet illius virtute esset,gladium in latere defixit,Puto in hoc exem  
 plu datos esse vnicuique sermones ad dignitatem accommodatos, + latus.  
 30 id quod oportet in hoc genere obseruare.Sunt item sermocinationes consequentes hoc genus,nam quid putamus illos dicturos,si hoc iudicaueritis?nonne hac omnes videntur oratione dein de subiçere sermonem.
- 35 C Onformatio est,cū aliqua quod adest persona cōfigit quasi ad Conformatio sit,aut cū res muta,aut informis fit eloquēs,& formata,& ei tem olo attribuit ad dignitatē accōmodata,aut actio quodā hoc pacet,

**Q**uod si nūc hæc vrbs inuictissima vocē emittat, nō hoc pacto loquitur! Ego illa plurimis trophyis ornata, triūphis dītata certissimis, clarissimis locupletata victorijs, nunc vestris seditionibus o ciues vexor, quam dolis malitiosa Carthago, virib⁹ pbata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare nō potuit, eā patiemini, nunc ab homunculis deterrimis proteri, atq; cōculari! Item, q̄ si nunc Lucius ille Brutus reuūscat, & hic ante pedes vestros ad̄sit, nō hac vtetur oratione: ego reges eīecī, vos tyrannos introducītis: ego libertatem quæ non erat, peperi, vos partem seruare non vultis: ego capit̄is mei periculō patriam liberaui, vos liberi sine p̄e riculo esse non curatis. Hæc conformatio, licet in plures res mutatas atq; inanimas transferatur, pficit tamen plurimum in amplificationis partibus, & commiseratione.

Significa-  
tio.

**S**ignificatio est, quæ plus in suspitione relinquit, q̄ possum est in oratione: ea fit per exuperationem, ambiguum, consequen-  
tiā, abscisionem, similitudinem. Per exuperationem, cum plus di-  
ctum est q̄ patitur veritas, augendæ suspitionis causa, sic. Hic de-  
tanto patrimonio tam cito testam, qua sibi perat ignem, non reli-  
quit. Per ambiguum, cum verbum poret in duas, pluresve senten-  
tias accipi, sed accipit in eā partē, quā vult is, qui dixit. vt de eo si  
dicas, q̄ multas hereditates adierit. Prospice tu, q̄ plurimū cernis.

Cernis.

Ambigua quēadmodū vītāda sunt, quē obscurā reddūt orationē,  
ita hēc cōsequēda, quē cōficiūt huiusmodi significationē. Ea repe-  
rient facile, si nouerim⁹, & animaduerterim⁹ verborum ancipites,

Cōsequētia

aut multiplices potestates. Per cōsequētiam significatio fit, cū res  
quæ sequunt aliquam rem, dicunt, ex quib⁹ tota res relinquit in  
suspitione, vt si falsamentarij filio dicas, quiesce tu, cuius pater cu-  
bito se emungerē solebat. Per abscisionem, si cum incipimus aliquid  
dicere, præcidimus, & ex eo qđ iam diximus, sat̄s relinquit suspitionis, sic. Qui ista forma, & ætate nuper alienę domui, nolo plu-  
ra dicere. Per similitudinem, cum aliqua re simili allata, nihil am-  
plius dicimus, sed ex ea significamus quid sentiamus, hoc modo.  
Noli Saturnine nīmū populi frequentia fretus esse, stultitiam  
nosce, inulti iacent Gracchi. Hæc exornatio plurimum festiuīta-  
tis habet interdum, & dignitatis. Sinit enim quiddam tacito ora-  
tore ipsum auditorem suspicari.

**B**reuitas est res ipsis tantummodo verbis necessarijs expedita,  
hoc modo, Lemnum præteriens cepit, inde † Tarsi præsidium  
reliquit, post urbem in Bithynia sustulit, inde pulsus in Helleston-  
tum, statim potitur Abydo. Item modo cōsul, quondam tribun⁹,  
is deinde primus erat ciuitatis. Itē, tum p̄ficiſcitur in Asiam, deinceps  
de exul, & hostis est dictus, post imperator, & postremo est fact⁹ cō-  
sul. Habet paucis cōprehēſa breuitas multarum rerum expeditio-  
nem. Quare adhibenda ſaepē eſt, cum aut res non egent longe ora-  
tionis, aut tēpus non finit cōmorari.

**D**emonstratio eſt, cum ita verbis res exprimitur, ut geri ne-  
gocium, & res ante oculos eſſe videatur. Id fieri poterit, si  
quæ ante, & post, & in ipſa re facta erunt, cōprehendemus, aut a re-  
bus cōsequentibus, aut a cīrcūstantībus nō recedemus, hoc mo-  
do. Quod simul atq; Gracchus p̄spexit, fluctuare populum, veren-  
tem ne ipse auctoritate senatus cōmoritus a ſententia defiferet, iu-  
bet aduocari cōcōnem. Iſte interea ſcelere, & malis cogitationib⁹  
redundans euolat ex templo Iouis, & ſudans, oculis ardentib⁹, ere-  
cto capillo, cōtorta toga, cum pluribus alijs ire celerius cœpit. Illi  
preco faciebat audientiam, hic ſubſellium quoddam calce premēs-  
dextra pedem defringit, & alios hoc idem iubet facere. Cum Grac-  
chus deos inciperet precari, cursim iſti impetum faciunt, ex alijs  
alijs partibus conuolant, atq; e populo vnuſ, fuge inquit Tyberi, fu-  
ge. Nō vides, respice inquā. Deinde vaga multitudine ſubito timo-  
re perterrita fugere cœpit. At iſte † ſpumā ex ore reiſciens, anhe-  
lans ex iñfimo pectore crudelitatem, cōtorquet brachium, & dubi-  
tantī Graccho quid eſſet, neq; tamen locum in quo conſitterat re-  
linquenti, percurrit tempus. Ille nullam vocem edens iñſita virtute  
concidit tacitus: iſte viri fortissimi miferando ſanguine aspersus,  
quasi facinus p̄clarissimum feciſſet, cīrcūspectans, & hilare ſce-  
leratam gratulantibus manum porrigens, in templum Iouis cōtu-  
lit ſeſe. Haec exornatio in amplificanda, & commiseranda re pluri-  
mum p̄deſt, & in huiusmodi narrationib⁹: ſtatuit enim totā rē,  
& prope ponit ante oculos.

**M**nies rationes honestandę elocutionis ſtudioſe collegim⁹, peroratio-  
nē in quibus Herenni ſi te diligenter exercueris, & grauitatē,  
& dignitatē, & ſuauitatē habere in dicendo poteris, ut orato-

Breuitas.  
† Thasi.

Demon-  
ſtratio.

ſpumans  
ex ore ſcel⁹.

rie plane loquaris: ne nuda arge inornata inuentio vulgari sermone efferatur. Nunc identidem nos met ipsi nobis instemus, res enim communis agitur, ut frequenter, & assidue consequamur artis rationem studio, & exercitatione: quod alij cum molestia tribus de causis maxime faciunt, aut si cum quibus libenter exerceantur, non habent, aut si sibi diffidunt, aut si nesciunt quam viam sequi debeat: quae a nobis absunt omnes difficultates. Nam & simul libenter exercemur propter amicitiam, cuius initium cognatio fecit, cetera philosophiarum ratio confirmavit. Et nobis non diffidimus, propterea quod & aliquantulum processimus, & alia meliora sunt, quae multo intentius petimus in vita, ut etiam si non peruerterimus in dicendo, quo volumus, parua pars vita perfectissimam desideretur. Et viam quam sequamur, habemus, propterea quod in his libris nihil praeteritum est rhetoricae praeceptionis. Demonstratum est enim quo modo res in omnibus generibus causarum inueniri oporteat. Dictum est, quo pacto eas disponere conueniat. Traditum est, qua ratione esset pronunciandum. Præceptum est, qua via meminisse possemus. Demonstratum est, quibus modis perfecta elocutio compararetur. Quae si sequemur, acute, & cito reperiemus: distincte, & ordinate disponemus: grauiter & venuste pronunciabimus: firme & perpetuo meminerimus: ornate & suauiter eloquemur. Ergo in arte rhetorica nihil est amplius. Hac omnia adipiscemur, si rationes præceptionis diligentia consequemur & exercitatione.

**C**Commentariorum Rhetoricorum ad Caium Herennium Finis. Quibus addi possunt sequentes Autores, quos sic imprimendos curabimus, ut & cum his & sine his & emi & legi possint.

# SE QV VNTVR

Annotationes illustrium virorum in libros rhetoricos ad C. Heren.

Angeli Politiani & Petri Criniti qui ad locum libri secundi, qui

in hac impressione est Pa. xxviij, ver. xxx.

Ne Ennium, inquit, & ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est.

Vt innam ne in nemore Pelio securibus

Casa accidisset abiega ad terram trabes:

Neue inde nauis inchoanda exordium

Cepisset, quae nunc nominatur nomine

Argo, qua vecti Argivii delecti viri.

Petebant illam pellem auratam arietis

Colchis imperio regis Peliae per dolum.

Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem.

Medea, animo agra, amore saeuo saucia.

Est autem trabes in versiculo secundo, singularis numeris, quem admodum & Priscianus legit libro septimo: *Vetustissimi enim ut ipse inquit yetiam trabes pro trabs proferebant, Euripidae vero*

*Tragoedias principium, si cum Ennianae conferas, feceris arbitrator opera precium quod & subiectam.*

Ἐντίθεται ἀργυρός μὲν απέλαθος σκάφος

κόλχωρος διορ, κυανέας συμπληγάδας,

μέλαν τε νάρας αστηριάς πεσεῖν πότε

Τακτήσα πεύκη, μέλανερι μῶσας χερας

ἀνθρώποις ανθινον, δι τὸ πάγχυσσον μέρος

τελία μεταλθον, οὐ γέρανος μέτασοιρέ μὲν

μέλεα πύργος γέρανος πλευράωλκιδός,

ἔρωτιθυμον ἐπιπλαγήσοισοι.

Vide Politia. Miscel. Centu. i. cap. xxvij.

IN LOCVM TERTII LIB. AD HEREN. PA. V. VER. VII.

Cicerio ad Herennium lib. iiij, de memorie artificio tractans, ita imaginem quandam instruit. Et reum, inquit, ad lectum eius statuimus, dextra poculum, sinistra tabulas, medico testiculos arietis

nos tenentem. Quo loco video h[ab]itare literatores quos piam, etiam Medicus,  
haud extremè fortis, quid sit q[uod] legitimus, medico testiculos arietis

nos tenentem. Medicus autem vnuſ e dígitiſ quinqꝫ vocatur, hoc 1  
eſt (vt arbitror) mīnimo proxīnius. Porphyrio enim ſuper Hora-  
tianum illud ex vltimo ferme:

qui ſi quid forte lateret,  
Indice monſtraret dīgo.

sic ait: Hoc ideo, quia certis nominibꝫ ſinguli dīgiſi appellabāt,  
& ſunt hęc noſa: Pollex, Index, Famos⁹, Medic⁹, Minim⁹. Quidā ve-  
ro e Græciis credo iunioribꝫ nomina digitorū ἔωμας ſic eſſe ſcri-  
bit: Αὐτίχθι, δάκτυλος, ἱατρός, δάκτυλος, ὁ τίτης. Ut ſi dicas: Pollex,  
Index, Medicus, Annularis, Auricularis. Quod equidem nec affir-  
mo, nec refello. Tantū notādū, Medicū ab eo dīctū, q̄ ſit medi⁹ aut  
famosus, nō q̄ mīnimo pxiſus. Apud ipſos autē legunt hęc noſa,  
& vt iχερ, λιχανδε, σφάκελο, ἐπιεάτης, μύων. De teſtīculis autē  
arietinīs, legiſ in vocabulo Scortes, in Festī cōpedio ſic: Scortes, id  
eſt pelles teſtī arietinorū, ab eisdē pelliſ dicti. Tātū apud Festū. 15  
Sed eñi Pēdian⁹, Sportas, ſportulas, ſportellas, nummū eſſe aīt rece-  
ptacula, & ſaccos, ſacculos, ſacceſlos, & crumenas, & velleas, & ſcor-  
teas, & māticas, & marsypia. Ut nihil ſit dubiū quin e dīgiſo eo q̄  
ſit mīnimo pxiſus, ſuſpēſas hī velit ſcorteas, hoc eſt e teſtibꝫ arie-  
tinīs, pelliceas crumenas. Angel⁹ Politian⁹ Mīſcel. Cēt. j. cap. lxij. 20

Antonij Sabellīcī in locum. iiij. lib. ad Herē. Pa. lx. ver. xxxii.

In quarto eoꝫ q̄ de Rhetorica arte ſcribunt ad Herē, nūc q̄ ea  
ſcripſerit nō querit, quū grauiſ ſigura demōſtrat. Propinqua eſt,  
inq̄t, ea q̄ fugienda eſt, q̄ recte vidēbiſ appellari ſi ſuffulta noſabit.  
Quid ſuffulta ſignificet, nemo eſt, q̄ nō pſpīcuevidet. Sed q̄ illud 25  
ſequit, grauiſoratio ſepe iperitis videt, q̄ turget & inflata eſt, vide  
ne ſuprarecti ſuſflata ſcribat, q̄ ſuffulta, ſed inſpice locū, & æque  
iudica. Et lōgo hīc lōge diuerso oīnes quos vidiſ codices, in di-  
gnitate expolitionis, excuſationē habēt. Vbi vide ne exuſcitatio-  
ne veri⁹ legat. Et nūc retro ipetu auersus vidēbiſ an in ſecūdo ad 30  
Herēnū, in legitima cōſtitutione tractāda, legum & ſtipu-  
lacionum breuiter exceptarum, malis legerē, qđ vulgo legitur, an  
exſcriptarum potius. Sed tua eſt deliberatio hāc.

Eraſmi in locū ſecūdi lib. Pa. xxx. ver. vlti. Ego te iam ab ſum-  
mo detexam exordio, id eſt ab initio vīta explicabo qualis ſis. 35  
Vide adagium texere telam. FINIS.

